

ejus, in quibus absconditur; et revertimini ad me ad rem certam, ut vadam vobiscum: quod si etiam in terram se abstruserit, persecrator eum in cunctis millibus Juda. 24. At illi surgentes abierunt in Ziph ante Saul; David autem et viri ejus erant in deserto Maon, in campistris, ad dexteram Jesimon. 25. Ivit ergo Saul et socii ejus ad querendum eum, et nuntiavit est David, statimque descendit ad petram, et versabatur in deserto Maon: quod cum audisset Saul, persecutus est David in deserto Maon. 26. Et ibat Saul ad latus montis ex parte una; David autem et viri ejus erant in latere montis ex parte altera: porro David desperabat se posse evadere a facie Saul; itaque Saul et viri ejus in modum coronae cingebant David et viros ejus, ut caperent eos. 27. Et nuntius venit ad Saul, dicens: Festina, et veni, quoniam infuderunt se Philistinim super terram. 28. Reversus est ergo Saul desistens persequi David, et perrexit in occursum Philistinorum; propter hoc vocaverunt locum illum Petram dividentem.

4. PHILISTIM OPPUGNANT CEILAM. — Ceilam, ait S. Hieronymus, Eusebius et Adrichomius in *Locis Hebr.*, civitas est in tribu Juda, quondam sedes David; et nunc villula Ceila ad Orientalem plagam Eleutheropolis pergentibus Hebron, quasi octavo milliaro: in qua sepulchrum Habacuc prophete demonstratur.

ET DIRIPIUNT AREAS. — Vatablus, *horrea*, id est diripiunt messem et frumenta in areis et horreis reposita.

2. CONSULUIT ERGO DAVID DOMINUM. — per Abiathar Pontificem ad se profugum, ut patet vers. 6.

5. ET SALVAVIT DAVID HABITATORES CEILE, — quasi contribules et cives suos; erant enim utriusque ex tribu Juda. Meruit ergo hic David coronam civicam liberando cives suos a Philisteis, ideoque paulo post mortuo Saule David a tribu Juda erectus est ad regnum, II Reg. II.

6. EPHOD SECUM HABENS. — *g. d.* Abiathar fugiens Sulem venit ad Davidem portans vestem Pontificum, in qua erat Ephod cum Urim et Tummim, ut patet Achimelech jam occiso a Saule, ejus loco in Pontificatum succederet, ac Deum pro Davide per Ephod consuleret.

9. DIXIT (DAVID) AD ABIATHAR SACERDOTEM: APPLICA EPHOD, — id est applica et indue te Ephod, ut per ejus Urim et Tummim consulas Dominum quid in tanto periculo et tam arcta Saulis persecutione mihi facto sit opus. Hinc *Abiathar* hebraice idem est quod *pater explorationis vel contemplationis*, quia ipse orando consulit Dominum, ejusque voluntatem et consilium exploravit pro Davidis salute. Vide hic pietatem Davidis erga Deum, utpole qui in areis confugit ad Deum: item erga cives suos Ceilanos, utpole eos liberans a Philisteis; adhuc erga Saulem, utpole fugiens ejus forem quasi subditus, nec ei resistens, sed ei parcas, cum eum haberet in manibus, cap. XXIV, 5. Quocirca recte Davidi in virtutibus omnibus consummatio hoc tribus elogium, quod nuper Stephano Battoreo insigni Poloniae regni assignavit Bonifacius Vannotius in *Miscellaneis epist.*

« In templo fuit plus quam Sacerdos.
In republica, plus quam Rex.

In sententia dicenda, plus quam Senator.

In judicio, plus quam Jurisconsultus.

In exercitu, plus quam Imperator.

In acie, plus quam miles.

In adversis perferendis injuriisque condonandis, plus quam vir.

In publica libertate tuenda, plus quam civis.

In amicitia colenda, plus quam amicus.

In convictu, plus quam familiaris.

In venatione ferisque domandis, plus quam leo.

In tota reliqua vita, plus quam Philosophus.

12. SI TRADENT ME VIRI CEILE, etc., IN MANUS SAUL.

ET DIXIT DOMINUS: TRADENT, — certo et infallibiliter. Talis enim est Dei scientia et praesentia, cum hominum sit incerta et fallibilis; ideoque reipsa saepe fallat. Hinc colligunt Suarez, Vasquez, Molina, et alii insignes Theologi Deum cognoscere futura contingentia non tantum absoluta, sed etiam conditionata, v. g. quid ego facturus essem, si forem Jerosolymis, Alexandria, Antiochie, etc., positus talibus et talibus circumstantiis et conditionibus, etiamsi ille nusquam ponendus sint reipsa. Sic enim hic praescivit et praedixit Deus quod Ceilani tradituri essent Davidem, licet contribulem et liberatorem suum, Sauli, ex metu ne ab eo occiderentur, uti occisi fuerant cives Nobe: etsi de facto eum non tradiderint, quia David audiens a Deo se ab eis tradendum, traditionem praeventit et auferit. Vide dicta *Jerem.* cap. XXXVIII, vers. 17, et *Matth.* XI, 12.

13. PORRO DAVID ERAT IN DESERTO ZIPH IN SILVA. — « Ziph » erat civitas in tribu Juda, sita in monte nemoroso et opaco, dumis et arboribus infructuosus consito; juxta urbem erat ergo « desertum Ziph » nemorosum, saluosum, feris et ibicibus pervium, antris et speluncis plenum, et plurimum cavernosum, in quibus David vagabundus et fugitivus a facie Saul latitavit, seseque abscondit. Ita Brocardus, Brodenbachius et Adrichomius.

16. ET SURREXIT JONATHAS FILIUS SAUL, ET ABIT AD DAVID IN SILVAM, ET CONFORTAVIT MANUS EJUS IN DEO. — Chaldaeus, in dicto Domini, quia scilicet

Deus dixerat et praedixerat Davidem successorum Sauli in regno, eum eum per Samuelem unxit in regem, *g. d.* Jonathas jussit Davidem esse bono fortique animo. eo quod Deum haberet tutorem, contra quem Saul nihil poterat. « Manus » ergo hic significant robur et fortitudinem tum animi, tum corporis; haec enim manibus exierat et ostenditur.

49. ASCENDERUNT AUTEM ZIPHEI AD SAUL, — nuntiantes ei Davidem apud se latere, et sequi illum in manus ejus tradituros. Vide hic ut omnes Judaei persequantur Davidem, aequae ac persecuti sunt Christum ejus antitypum. Unde tunc David, ad Deum unicum desolatorum asylum confugiens, composuit psalmum LIII: « Deus, in nomine tuo salvum me fac, etc. Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quiesierunt animam meam. » Id ita esse patet ex titulo psalmi, qui sic habet: *In carminibus intellectus David, cum venissent Zipheii, et dixissent ad Saul: Nonne David absconditus est apud nos?*

23. REVERTIMINI AD ME AD REM CERTAM, — re certo comperita, quam mihi nuntiare possitis, ubi scilicet lateat David, et quomodo a me capi possit; ne incertus vager, et copias frustra edueam magno sumptuum impendio, et famae meae dispendio (1).

25. SAUL PERSECUTUS EST DAVID IN DESERTO MAON, — « Maon, » ut ait S. Hieronymus in *Locis Hebr.*, et ex eo Adrichomius, erat civitas in tribu Juda, sita in campistris ad dexteram Jesimon, contra colle ortum Daromae: juxta urbem, desertum erat nemorosum et cavernis plenum, in quo delituit David: confine est deserto Carmeli, et deserto Pharan. Quare minus recte nonnulli putant Maon fuisse in Arabia, et Davidem relicta Judea ab Saulis metu fugisse ad Arabes, idque significare, *Psalm.* CXIX, 3, cum ait: « Heu mihi! quia

(1) In hoc versu 23 legitur in cunctis millibus Juda pro in cunctis domibus familiarituae, quia tribus Juda sic dividebantur facientes in totum mille viros, cujus unus ex eis duz militum vocabatur.

incoltas meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar, » id est cum Cedrenis sive Agaritis, hoc est Arabibus.

26. DAVID DESPERABAT SE POSSE EVADERE A FACIE SAUL, — sua virtute et sapientia, sperabat tandem se Dei ope evasurum. Sciebat enim se a Deo unctum in regem, ut Sauli in regno succederet.

27. ET NUNTIVS VENIT AD SAUL DICENS: FESTINA ET VENI, QUONIAM INFUDERUNT SE PHILISTINI SUPER TERRAM. — Vide hic quid opportune Deus in actis, suis fidelibus opuletur et periculis liberet, quod vulgo dicitur: « Deus ex machina. » Unde Philo missus a Judeis ad Caium Imperatorem ne Judaeos cogeret se adorare ut deum, cum a Caio sperneretur, conversus ad suos dixit: « Confidite, socii; nam tunc vicinum est Dei auxilium, cum deest humanum, » itaque factum; nam paulo post Caius interit, ita refert ipse in *Legat. ad Caicum*. Ecce tibi hic David undique cinctus a Saule, et janjam ab eo capiendus, a Deo liberator miro modo, nimirum immittendo Sauli nuntium et cogitationem de Philistinis arendis, itaque eum a Davide divertendo, et ad Philistinios persequendos convertendo. Fecit ergo Deus, perinde ac faciunt Hispani in agitatione tauri: dum enim taurus aliquem furibundum insequitur ut eum luet, illicio a tergo alius taurum stimulo pungit, cogitque taurum retrorsum convertere. Ita fecit hic Deus Sauli, qui quasi taurus forebat in Davidem. Audi S. Chrysostomum, hom. 46 in *Genes.*: « Maxima securitas et inexpugnabilis murus est gratia Dei. Videamus quomodo David de loco in locum transiens, et quasi erraticus vagans, manu superna munitus fuerit; Saul autem cum esset in mediis civitatibus, et tantum secum duceret exercitum; et satellites habens et armigeros, quotidie timebat et tremebat inimicorum insidias, I Regum cap. XVIII, vers. 12 et 29. Et ille quidem, qui solus erat, non indigebat humano presidio; hic vero coronatus purpura indutus, illius auxilio indigebat; et regi opus erat pastoris opera; et diademate redimito, privati adjumentum. »

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

David fugit in desertum Engaddi: insequitur eum Saul; cumque in spelunca purgaret ventrem, David in ea latens oram chlamydis ejus abscondit. Mox, vers. 9, eum Sauli ostentans, cum illo expositat quod se innoxium injuste persequatur: si enim ei nocere voluisset, in spelunca eum occidisset. Quare, vers. 17, Saul compunctus et fletus: Justior, inquit, tu es, quam ego; asseritque ipsum post se regnaturum: quod ab eo juramentum exigat, quod non delebit suam stirpem, itaque eum Uerum dimittit.

1. Ascendit ergo David inde, et habitavit in locis tutissimis Engaddi. 2. Cumque reversus esset Saul, postquam persecutus est Philisteos, nuntiaverunt ei, dicentes: Ecce David in deserto est Engaddi. 3. Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israel,

perrexit ad investigandum David et viros ejus, etiam super abruptissimas petras quæ solis ibicibus pervia sunt. 4. Et venit ad caulas ovium, quæ se offerebant vianti; eratque ibi spelunca quam ingressus est Saul, ut purgaret ventrem; porro David et viri ejus in inferiore parte speluncæ latebant. 5. Et dixerunt sero David ad eum: Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te: ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo David, et præcudit oram chlamydis Saul silenter. 6. Post hæc percussit cor suum David, eo quod abscessisset oram chlamydis Saul. 7. Dixitque ad viros suos: Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hæc rem domino meo, christo Domini, ut mittam manum meam in eum, quia christus Domini est. 8. Et confregit David viros suos sermonibus, et non permisit eos, ut consurgerent in Saul; porro Saul exurgens de spelunca, pergebat cepto itinere. 9. Surrexit autem et David post eum; et egressus de spelunca, clamavit post tergum Saul, dicens: Domine mi rex. Et respexit Saul post se: et inclinans se David pronus in terram, adoravit, 10. dixitque ad Saul: Quare audis verba hominum loquentium: David quaerit malum adversum te? 11. Ecce hodie viderunt oculi tui quod tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca: et cogitavi ut occiderem te, sed peperit tibi angelus meus; dixi enim: Non extendam manum meam in dominum meum, quia christus Domini est. 12. Quin potius, pater mi, vide et cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea; quoniam cum præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te: animadvertite, et vide quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccavi in te; tu autem insidiaris animæ meæ, ut auferas eam. 13. Judicet Dominus inter me et te, et ulciscatur me Dominus ex te; manus autem mea non sit in te. 14. Sicut et in proverbio antiquo dicitur ab impiis egredietur impietas; manus ergo mea non sit in te. 15. Quem persequeris, rex Israel? quem persequeris? canem mortuum persequeris, et pulicem unum. 16. Sit Dominus iudex, et judicet inter me et te; et videat, et judicet causam meam, et eruat me de manu tua. 17. Cum autem compleret David loquens sermones hujuscemodi ad Saul, dixit Saul: Numquid vox hæc tua est, fili David? Et levavit Saul vocem suam, et flevit; 18. dixitque ad David: Justior tu es quam ego; tu enim tribuisti mihi bona; ego autem reddidi tibi mala. 19. Et tu indicasti hodie que feceris mihi bona, quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, et non occideris me. 20. Quis enim, cum invenerit inimicum suum, dimittit eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc, pro eo quod hodie operatus es in me. 21. Et nunc quia scio quod certissime regnaturus sis, et habiturus in manu tua regnum Israel; 22. jura mihi in Domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. 23. Et juravit David Sauli. Abiit ergo Saul in domum suam; et David et viri ejus ascenderunt ad tutiora loca.

3. SUPER ABRUPTISSIMAS PETRAS, QUÆ SOLIS IBICIBUS PERVIA SUNT. — *Ibex* est species caprarum sylvestrium, que in rupes præruptas aufugit: unde tales venando insectans Maxtilianus imperator, in rupes invias deductus, cum descendere nequiret, ductu Angelî, ut creditur, descensum reperit: ideoque crucem eo loci in perenne monumentum erigi jussit. Exstat hæc crux juxta Emipontum, ubi, cum Romam pergerem, illa mihi ostensa fuit. Audi Plinium, lib. ¹¹U, cap. LIB: « Capræ in plurimas species transfigurantur. Sunt capræ, sunt rupicapræ, sunt Ibices perniciosæ mirandæ, quamquam onerato capite, vastis cornibus, gladiatorumque vaginis, in hæc se librant, ut tormento aliquo rotati, in petras potissimum et montes aliquo in alium transilire quærentes, at-

que recessu pernicioso quo liberit exsultant. »

4. ET VENIT AD CAULAS OVIVM, QUÆ SE OFFERE-
BANT VIANTE. — id est, viam facientî, itineranti, per
viam cumî. Unde Hebræa, Chaldaea et Septuaginta
habent, que erant in via.

PORRO DAVID ET VIRI EJUS IN INTERIORE PARTE
SPELUNCÆ LATEBANT. — « Chlamis, inquit David,
ad Deum altissimum, Deum, qui benefecit mihi, »
Psalm. LVI, vers. 3. Chaldaeus transfert, ad Deum
qui accessit araneam, ut conficeret in ore spelunca
telam propter me; quasi sic interpretatur, ut Da-
vid, fugiens Saulem, in speluncam se addiderit
cujus aditum subtilis araneorum telis ita Deus per-
texerit, ut Saul nullum ibi latibulum suspicatus,
irritus præterierit. Quemadmodum et aliquando
in lege gratiæ martyrem Felicem in angusto loco

infantem araneorum tela divinitus expansa ab
insequentibus hostibus occulavit:

Et aërio cessit vis ferrea filo,

ut S. Paulinus, *Natali* SS. Felicis, qui et apposite
concludit:

Sic ubi Christus adest nobis, et aranea muro est.
At cui Christus adest, et murus aranea fiet.

Verum hujus telæ araneæ speluncam Davidis ob-
tinentis fides sit penes Chaldaeos. Nam huic telæ
Rabbini sua atlexunt commenta de musca et in-
sano, quæ refert, et ut fabulosa confutat Abulen-
sis, *Quæst.* VI.

5. ECCE DIES DE QUA LOCUTUS EST DOMINUS AD TE:
EGO TRADAM TIBI INIMICUM TUUM. — Ubi et quando
et locutus sit Deus, Scriptura nusquam exprimit.
Nonnulli censent Deum id dixisse Davidi per Gad
prophetam, alii per Nathan, alii per Samuelem,
alii ipsimet Davidi id a Deo revelatum ob ejus pa-
tientiam arbitrantur, ut ipse animaretur ad ma-
jora certamina. Abulensis censet per Nathan id
dictum; Serarius per Gad, Sanchez per Samuelem.

SURREXIT ERGO DAVID ET PRÆCUDIT ORAM CHLAMY-
DIS SAUL SILENTER. — Abulensis putat a Deo levi-
tatem inditam Davidi, et surditatem Sauli, ne au-
diret et Davidem incedentem et scandentem. Addit
Abulensis Davidem surrexisse et ivisse ad Saulem
eo animo, ut eum occideret, non autem ut oram
chlamydis ejus duntaxat præcideret: sed in hæc
precisione Deum illi cor immittasse, ut de volun-
tate hæc, licet non plane deliberata, doleret et
peniteret, et hoc significari illis verbis: « Percus-
sit cor suum David. » Verum Scriptura ibidem
statim addit, « eo quod abscessisset oram chlamy-
dis ejus. » De hac ergo abscessione penituit Da-
vid, non autem de voluntate occidendi Saulem,
quam absolute nunquam habuit. Nam semper
eum detestatus est, ino capite vigesimo sexto,
versu decimo et undecimo, jurat David se nun-
quam manum extensurum contra Saulem per
omnem ejus vitam. Quare hic fuit ordo rei gestæ:
Cum socii Davidem incitarent ut Saulem quem in
manu habebat occideret, ille sensit quidem pri-
mo motus et inclinationem appetitus irascibilis
ad eum occidendum; sed appetitu rationali et
voluntate deliberata in eos non consentit. Sur-
rexit ergo et ivit ad Saulem, non ea mente deter-
minata ut eum occideret, ve ut oram chlamydis
abscederet, sed anceps animi in itinere delibera-
turas et capturus consilium quid facturus esset,
cum ad Saulem venisset: quo cum venit, videns
oram chlamydis, eam quasi rem levem et primo
obvium abscedit. Illico vero ejus conscientia ip-
sum remordet, quod oram hanc chlamydis regis
sui abscessisset, quare mentis oculos Deo illus-
trante aperiens, viensque quam turpe foret re-
gem occidere, firmiter proposuit nec eum occi-
dere, nec in alio quopiam ledere; unde sociis vo-
lentibus Saulem occidere fortiter restitit, eosque

David
nun-
quam
absolute
voluit
occidere
Saulem.

omnino a cæde et vulnere cohibuit. Hinc, versu 11,
ait se cogitasse quidem eum occidere, non au-
tem statuisse, vel decrevisse: et enim *cogitavi* sig-
nificat simplicem cogitationem et inclinationem
appetitus sensitivi, qualem nobis suggerit tenta-
tio ira et vindictæ, ante ejus examen et delibera-
tum consensum.

6. POST HÆC PERCUSSIT COR SUUM DAVID, EO QUOD
ABSCESSISSET ORAM CHLAMYDIS SAUL. — *q. d.* Con-
scientia Davidem remordit, quod ausus fuisset
regis et domini sui Saulis vestem conscindere, ita-
que majestatem regiam temerare. « Cor » enim
hic est idem quod conscientia. Unde « cor » est
nominalivi casus: « David » vero est accusativi,
quasi dicat: « Cor suum, » id est cor ejus, scilicet
Davidis « percussit » ipsum « Davidem; » id est
conscientia pupugit Davidem. Id ita esse patet ex
Hebræo et Septuaginta. « Bonarum enim mentium,
ait S. Bernardus, est agnoscere culpam, ubi culpa
non est; » abscederat enim David oram chlamy-
dis, non ut Saulem occideret, sed ut benevolentiam
suam erga eum demonstraret, qua eum ha-
bens in manu sua, ei pepercerat; itaque frange-
ret pertinax odium Saulis, eumque sibi placatum
devinciret, uti de facto fecit. Fabulantur ergo Rab-
bini, dum aiunt Davidem peccasse abscedendo
oram chlamydis Saulis; unde in penam ei datum
fuisse, ut eum semivivum non posset vobibus cale-
fieri. Mitius Abulensis censet Davidem hic peni-
tere de voluntate occidendi Saulem, que illi ob-
reperat, ut ardiemus vers. 11: minus tamen recte;
causa enim percussione subditur, dum dicitur:
« eo quod abscessisset oram chlamydis Saul. »

Allegorice Eucherius: « David, inquit, absce-
dens oram chlamydis Saulis significat Christum
Judæos non occidisse, sed eis gloriam regni abs-
tulisse, chlamydis enim abscessio regni est am-
putatio. »

Tropologie S. Gregorius, III part. *Pastor.* Ad-
mon. 3: « Quid, ait, per Saul, nisi mali rectores;
quid per David, nisi boni subditi designantur?
Saul igitur ventrem purgare, est præposi-
torum conceptum in corde malitiam, usque ad opera
miseri odoris extendere, et cogitata apud se noxia
factis exterioribus exsequendo monstrare. Quem
tamen David ferire metuit, quia pater subditorum
montes ab omni se peste obretationis abstinen-
tes, præpositorum vitam nullo lingue gladio percu-
piscunt, etiam cum de imperfectione reprehendunt.
Qui et si quando pro infirmitate sese abstinere
Eo possunt, ut extremam quædam atque ex-
teriora præpositorum mala, sed tamen humiliter
loquantur quasi oram chlamydis silenter inci-
dant: quia videlicet dum prælatæ dignitati saltem
innoxie et latenter derogant, quasi regis su-
perpositi vestem secant, sed tamen ad semetipsos
redeunt, sequæ vehementissime vel de tenuissima
verbi laceratione reprehendunt. » Sic et Euche-
rius et Angelomus.

7. PROPITIUS SIT MIHI DOMINUS, NE FACIAM HANC

REM. — Vide hic et mirare clementiam et reverentiam Davidis erga Saulem regem, quem, licet infensissimum persecutorem habens in manibus, ledere non vult. Unde gloriosior fuit hęc Davidis de Saule victoria, illa quam retulit de Golia. Audi S. Chrysostomum, hom. *De Davide et Saule*: « Saul egressus est et spelunca, egressus est autem post illum et David, liberis oculis cœlum intuens, ac tunc temporis magis exultans, quam cum Goliath deieisset, ac barbari caput amputasset. Siquidem hęc illa munificentior erat victoria, hęc magnificentiora spolia, hęc præda illustrior, hęc gloriosius trophæum. » Cujus rei rationem reddit quod illa victoria armis constiterit, hęc virtutibus, et concludit: « Itaque rediit non barbari illius caput gestans, sed animi commotionem mortificatam, sed iram enervatam; neque hæc spolia reposuit Hierosolyma, sed in cœlo, inque superna illa civitate; nunc haudquaquam in choribus obliam veniebant feminae, excipientes illum cum laudibus; sed angelicus populus e sublimi applaudebat, admirans ejus philosophiam et humanitatem. » Et paulo post: « Illustriorem tulit victoriam, servato Saule, quam si illum mactasset. Quod enim tanti pretii lucrificasset præmium, occiso hoste, quantum nunc tulit illi parcendo? »

Porro *propitius sit mihi Dominus*, aliqui putant esse juramentum, et esse antiphrasin, quasi dicat: *propitius*, id est adversus mihi sit Deus omnique me disturbet, si manus in regem meum injecero. Planius alii explicant, q. d. Deus mihi sit propitius, ut sua gratia me coercent et prohibeat, ne tantum facinus in meum regem committam. Patet ex Hebræo qui habet: *Prohibitio sit mihi a Domino*, id est, ut Chaldaeus, *absit a me per Dominum*; Pagninus, *absit mihi a Domino*; Vatablus, *prohibeat Dominus, ne id faciam*, non permittat, ut id designem.

8. ET CONFREGIT DAVID VIROS SUOS SERMONIBUS, ET NON PERMISIT EOS UT CONSURGERENT IN SAUL. — Nota *confregit*, significat socios Davidis plane animatos et resolutos fuisse ad occidendum Saulem; ita ut David vim eis adhibere debuerit, ut hos eorum animos infringeret. Hebraice enim *סעסא* *seasa*, significat rumpere, findere, frangere, discernere; unde Vatablus vertit, *evulsit*. Hinc discere quam mihi fuerit David et pius in Saulem, ut pro ejus a quo assidue impugnabatur vita, tanta vi et virtute pugnaret; nimirum hoc signum erat animi placidi, excelsi et regii.

Elegant Senece, lib. 1 *De Clementia*, cap. v: « Magni, ait, animi est proprium, placidum esse, tranquillum, et injurias atque offensiones semper despiciere. Muliebres est furere in ira. Ferarum vero, nec generosarum quidem præmordere et urgere projectos. Elephantas, leonesque transeunt quem impulerunt. Ignobilis bestia pertinacia est. Non decet regem seve, nec inexorabilis ira; non nullum enim supra eum eminet, cui se irascendo æquat. At si dat vitam meritis amittere, facit

quod nulli nisi rerum potenti licet; vita enim etiam superiori eripitur, nunquam nisi inferiori datur; servare proprium excellentis fortunæ, que nunquam magis suscipi debet, quam cum illi contingit idem posse quod Deo, cuius beneficio in lucem edimur, tam boni quam mali. »

Quæres, an David licite potuisset occidere Saulem? Respondet Abulensis, *Quæst. XI*, negative. Ratio ejus est *prima*, quia David ab hac cede quasi turpi abhorruit; *secunda*, quia Saul erat rex, David subditus; cui non licet regem licet seivum occidere; *tertia*, quia David needum erat rex, sed privata persona, nemini autem privato, licet privata auctoritate aliquem reum occidere; ad hoc enim requiritur auctoritas publica. Esto enim David a Samuele unctus esset in regem, id tamen erat ad hoc duntaxat, ut regnaret post mortem Saulis, non autem ipso vivo. Sic et Dionysius.

Alii censent licuisse Davidi Saulem occidere ex illa eo quod S. Thomas, Franciscus Victoria, Covarruvias, S. Antoninus, Sylvester, Corduba, Navarrus, et ex iis Lessius, lib. 1 *De Justitia*, cap. 11, dub. 8, num. 43, docent invasum posse prevenire invadentem, etiamsi is nondum accedat, sed instructus sit ad invadendum, si alter non possit mortem evadere, nisi eum prevenierit. Ut ut est, dico non deceuisse, tum quia non decebat Davidem privatim occidere regem Israelis; tum quia sciebat David se Deo esse curæ, ac Deum præstaurum promissum sibi regnum, ideoque se ab omnibus insidiis Saulis liberaturum; tum quia decebat eum perfecte patientiæ et mansuetudinis Hebræorum, et sibi pararet viam ad regnum; atque ut esset typus et præcursor Christi, qui noluit Pilato et Caiphæ resistere, sed ab eis permisit se occidi. Ex his patet responso ad argumenta Abulensis.

9. ET INCLINANS SE DAVID PRONUS IN TERRAM ADORAVIT. — Saulem, q. d. David prosternendo se in terram, summam demissionem, honorem et reverentiam Sauli quasi regi exhibuit. Discere hic quomodo Prælatos et Superiores, licet impios et infensos, colere et revereri oporteat. Sic enim flectentur ad pietatem et æquitatem, ut hi flexus fuit Saul a Davide ut floret, et odium in amorem converteret. Quocirca David tunc dicitur psal. LV, in quo Deo gratias agit de sui liberatione, et hostium confusione. Unde ait vers. 4: « Misit de cœlo, et liberavit me; dedit in opprobrium concutientes me. » Et vers. 7: « Foderunt ante faciem meam foveam, et inciderunt in eam. Exurge, gloria mea, exurge, psalterium et cithara. » Titulus enim hujus psalmi est: *In finem cum fueret David a facie Saul in spelunca.*

11. ECCE HODIE VIDERUNT OCULI TUI, QUOD TRADIDERIT TE DOMINUS IN MANU MEA IN SPELUNCA: ET

COGITAVI UT OCCIDEREM TE. — id est surrepsit, vel potius suggesta est mihi a sociis hæc cogitatio de te occidendo. Unde Chaldaeus vertit, et dixerunt alii ut occiderem te. Nam David ipse voluntate liberata constanter restitit huic cogitationi, et suggestioni sociorum, adeoque vim eis intulit, eosque confregit, ut dixi vers. 8.

DIXI ENIM: NON EXTENDAM MANUM MEAM IN DOMINUM MEUM, QUIA CHRISTUS DOMINI EST. — Christus, id est, unctus in regem a Deo per Saulem. Duas causas affert David cur non læserit Saulem: prior, quod ipse sit « dominus » suus; posterior, quod sit « christus, » id est unctus Domini, q. d. Mihi religio fuit tangere eum, quem unctio Dei sibi sacravit. Recte S. Augustinus, lib. II *Contra Litteras Petiliani*, cap. XLVIII: « David Saulem, inquit, propter sacrosanctam unctonem et honoravit vivum, et vindicavit occisum. Et quia vel panniculum ex ejus veste præscidit, perussu corde trepidavit. »

12. TU AUTEM INSIDIARIS ANIME MEÆ, UT AUFERAS EAM. — Singula verba Davidis magnam habent emphasim, ejusque clementiam et virtutem adaugant. Ostendit enim se sua beneficentia certare cum insidiis et malevolentia Saulis, tamque se in ipsum esse beneficium, quam ipse in se erat seivus et maleficus. S. Chrysostomus præter hom. *De Davide et Saule*, scripsit homiliam insignem, cuius titulus est: *Quod David magnificentiis exerceret trophæum parcendo Sauli, quam occidendo Goliath*; ubi repetens illa quæ citavi vers. 7, addit Davidem hic insignem plagam diabolo, qui non nisi cædes sinit et suscitavit, inlaxisse: « Ascendit, inquit, hoste vulneribus innumeris sauciato; ut qui licet servasset Saulem, tamen illum revera hostem diabolum multis plagis confixit. Egressus est ergo David et spelunca dexteram illam totius orbis pretio parem, simul cum capite coronatam gestans corona justitiæ et mansuetudinis, » etc.

Idem Chrysostomus, hom. proxime sequenti, docet Davidem hic martyrii lauream non simplicem, sed multiplicem meruisse: « Illud, inquit, considera, quod ex insidiis Saulis tripla quadruplaque martyrii corona redimitus est. Etenim qui servavit hostem, eum, qui semel, atque iterum, imo frequenter lanceam in caput illius vibravit, cum esset occidendi potestatem nactus, tamen pepercit. Idque eum sciret post eam præstitam clementiam fore, ut denuo ab illo impeteretur: perspicuum est quod mille coronam meruit animi proposito, mille autem interfectus propter Deum, plurimas tulerit martyrii coronas; qui quemadmodum et Paulus ait: Quotidie mortuus est propter Deum. Cum enim posset hostem sibi insidiantem et medio tollere, propter Deum non sinit; maluit quotidie periclitari, quam justa cede a loti mortibus liberari. »

13. IUDICET DOMINUS INTER ME ET TE. — Appellat David ad Dei iudicium, quia humanum non ha-

bebat. Nam Saul, qui debebat esse iudex, erit ejus hostis et persecutor. Facit hoc, ut scribitur cum Saule expostulet, ostendens persecutoniam summam injustitiam; utque cum terrat et a persequendo avertat, mimando Dei iudicium et vindictam. Sic S. Athanasius Constantino Imperatori ab Ariano seducto, jubentique ut iret in exilium, dixit: « Iudicet Dominus inter me et te, o Imperator, quia calumniis inimicorum meorum credidisti. » Ita Socrates, lib. 1 *Histor.* cap. XXV, et Baronius, tom. III, pag. 426.

ET ULTISCATUR ME DOMINUS EX TE. — Videtur David commotus ex passione petere a Deo vindictam de Saule, sed ex primo animi impetu et actu indeliberato, ideoque leviter peccat, ait Abulensis. Nam deliberate noluit Dei vindictam de Saule; unde audita ejus morte, serio graviterque indoluit. Adde Davidem videri ultionem hæc petere ex recto justitiæ zelo, ut Deus tantum Saulis scelus castiget ad aliorum exemplum, ne pios persequi audeant, ut satisfiat scandalo quod Israeli dederat Saul. Sic enim Moyses, Num. cap. XVI, Jeremias, cap. XVII, et David in *Psalms*, subinde recte sancteque petunt a Deo justam de impiis vindictam.

14. SICUT ET IN PROVERBIO ANTIQVO DICITUR: AB IMPIS EGREDIETUR IMPIETAS. — Impietas hic accipi potest simpliciter: *primo*, proprie pro ipsa culpa; *secundo* metonymice pro ejus poena: si pro culpa accipias, sensus erit, quasi dicat: Impietas occidendi non egreditur nisi ab impio homicida, qualis es tu, o Saul, non vero a me, qui me et hic et alibi semper pium et observantem erga te ceterosque omnes ostendi; ut hæc gnomo pertinet ad illud vers. 12: « Vide quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccavi in te; tu autem insidiaris anime meæ. »

Si pro poena, sensus est quasi dicat: Impios sequitur poena impietatis sue; culpam enim comitatur poena, sicut reum carnis. Non est ergo opus ut ego manum meam in te, o Saul, extendam, teque occidam; quia tua impietas, vindicante Deo, te occidet. Occidit enim ab impio, non a me qui pius sum. Nam impius Saul impia sua manu seipsum occidit, fuitque suo impietatis ultor et carnifex, ut patebit cap. XXXI.

Proverbum hoc ex usu et ore vulgi petium directe servit ad hæc tria, ait Cajetanus, manifestanda: *primo*, pietatem Davidis absentiam a cede Saulis omnique specie impietatis; *secundo*, impietatem adulatorum illorum, qui David detrahebant apud Saulem, eumque iustigabant ad illum credem; *tertio*, ad confutandum ipsum Saulem, qui impie Davidem pium persequabatur.

15. QUEM PERSEQUERIS, REX ISRAEL? CANEM MORTUUM VILLISSIMUM, ABIECTISSIMUM, DEBILISSIMUM, INSTAR CANIS ET PULCIS QUALIS SUM EGO, PERSEQUERIS. Ut quid ergo me persequeris? Indignum est

appellat ad Dei iudicium.

Ex zelo justitiæ peti vindictam.

Vers. 14.

Vers. 15.

rege enim pulvere pugnare, sicut indignum fuit Domitiano muscas venari.

Vers. 17.

17. DIXIT SAUL: NEQUID VOX REG TUA EST, FILII DAVID? ET LEVAVIT SAUL VOCES SUAS, ET FLEVIT. — Vide hic quam efficax fuerit vox Davidis; vide poriter quam potens fuerit ejus profunda humilitas, et incensa charitas, qua adamantium Saulis cor confregit, ac mite placidumque reddidit, ut in lacrymas amoris diffunderet. Unde S. Chrysostomus hom. jam citata: « Quanta, ait, subito facta est mutatio? qui nunquam sustinerat illum vel simpliciter vocare nomine, ipsam etiam appellationem habens exosam, nunc adoptat eum in cognitionem, appellans eum filium. Quid igitur Davide felicius, qui ex homicida fecit patrem, e lupum ovem? qui fornacem iracundiae multo implevit rore, quique tempestatem verit in tranquillitatem, quique tumorem omnem irae exsuetantius animi restinxit? Verba quippe Davidis ingressa in animum istius effecit totam hanc perfectiorum immutationem. »

18. JUSTIOR TU ES QUAM EGO. — Pergit S. Chrysostomus: « Vides ut suam ipsius damnat malitiam, ac justi virtutem praedicat, nulloque cogente sese purgat. Idem tu factio cum hostis incidit in manus tuas: noli accusare illum, sed teipsum purga, ut illum perpellas ad sui ipsius condemnationem. Nam si nos accusamus, exasperatur; si nos excusaverimus, ille revertitur nostram humanitatem, mox seipsum condemnabit. » Et nonnullis interjicit: « Neque enim simpliciter dixit: fecisti mihi bona, sed retribuisti mihi bona. Hoc est pro insidiis, pro caede, pro malis innumerabilibus, magna mihi rependisti beneficia. At ego ne sic quidem factus sum melior, sed post illa tua beneficia perseveravi in malitia: tu vero ne sic quidem es iniquitatus, sed constanter iterum obtinui morem, nos iterum aliquid tibi insidiantes beneficiis prosequens. In hisce singulis verbis, quot coronis dignus apparuit David? »

19. QVIS ENIM CUM INVENERIT INIMICUM SUUM, MITTIT EUM IN VIA BONA? — sine enim abire salvum et incolumem: « Via » enim « bona » est quae ducit ad vitam, mala vero, quae ducit ad mortem. Loquitur Saul ex suo et similium hominum mandatorum ingenio, qui inimicos suos data occasione occidunt. Nam sancti coniferum faciunt, et vineunt in bono malum, ut fecit hic David. Quem praeter alios imitatus est S. Joannes Gualbertus, qui armatus occurrens inimico inermi, cum ille vitam sibi donari proferret per anorem Christi pro inimicis suis crucifixi, eidem peperit. Unde ingrediens ecclesiam oransque ante imaginem Crucifixi, vidit Crucifixum ad se caput inclinare, ac quasi applaudere et gratias agere, quod hosti sui amore peperisset. Quo viso commotus Joannes saeculo renuntiavit, et ordinem Vallis umbrosae instituit sub annum Domini 1020.

20. SED DOMINUS REDDAT TIBI VICISSITUDINEM HANC, PRO EO QUOD HODIE OPERATUS ES IN ME. — q. d. Ego non possum tibi retribuere par; retribuatur ergo illud tibi Deus. Causam dat S. Chrysostomus, hom. jam citata, dicens: « Quid enim poterat Saul reponere dignum meritis, etiam si regnum dedisset cum omnibus oppidis? Neque enim oppida modo, et regnum, verum et vitam ipsam donaret illi David; ille vero non habebat alteram vitam, quam rependeret; eoque illum relegat ad pariter, et ab illo manaturis premis honorat, et hunc laudans, et universos erudiens, quod tum majora nobis apud Deum premia reposita sunt, cum pro innumeris beneficiis in hostem ocellatis diversa recipimus. »

21. ET JURAVIT DAVID SAUL, — nec tantum juravit, sed et plura quam juraverat praestitit. Ita S. Chrysostomus: « Quid igitur, inquit, David? Num vel leviter dissimulatione et ironia ad haec usus est? Nequaquam, sed protinus annuit, quodque petebatur concessit, ac mortuo Saule non modo non occidit illius posteros, sed tum plura praestitit quam erat pollicitus; siquidem filium ejus, cum esset claudus ac debilis erubus, in suam ipsius domum induxit, saepeque mensae fecit participem, summo illum honore dignatus, nec erubuit, nec occultavit, nec arbitratus est regnum meusam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari po-

In nostra est potestate inhibere inimicum nostrum.

Idem colligit Chrysostomus in nostra potestate esse inimicum nobis reconciliare, si cum Davide nos coram eo humiliemus, et charitatem in eum ostendamus, juxta illud Prov. xv. 4: Responsio mollis frangit iram. « In nobis ergo, ait Chrysostomus, vel ad majus irritetur incendium, si verbis asperis eum invadamus. » Probat id exemplo ignis quod subijcit; si enim « infles in sciuitillam ignis, excitas incendium; contra si inspuas, extinguis, et utrumque tibi in manu est; quoniam utrumque, inquit, ex ore tuo proficiscitur. Idem fit et in inimicitia proximi, si inflatos ac veordes ingeras sermones; excitas ignem illius, accendis carbonem; sin mites ac moderatos admoveas sermones priusquam exardescat, iram omnem extinguis.

Idem colligit Chrysostomus in nostra potestate esse inimicum nobis reconciliare, si cum Davide nos coram eo humiliemus, et charitatem in eum ostendamus, juxta illud Prov. xv. 4: Responsio mollis frangit iram. « In nobis ergo, ait Chrysostomus, vel ad majus irritetur incendium, si verbis asperis eum invadamus. » Probat id exemplo ignis quod subijcit; si enim « infles in sciuitillam ignis, excitas incendium; contra si inspuas, extinguis, et utrumque tibi in manu est; quoniam utrumque, inquit, ex ore tuo proficiscitur. Idem fit et in inimicitia proximi, si inflatos ac veordes ingeras sermones; excitas ignem illius, accendis carbonem; sin mites ac moderatos admoveas sermones priusquam exardescat, iram omnem extinguis.

22. JURA MIHI IN DOMINO, NE DELEAS SEMEN VESTRUM. — Vide quam Saul rex hic se submittat Davidi, eique fiat supplicem. Unica ergo ratio expugnandi inimicos, eosque amandandi, est humilis et incensa in eos charitas. Audi S. Chrysostomum homilia jam citata: « Rex privatum rogat; qui diademate cinctus est, supplicem agit, pro filiis suis obsecrat exulere. Et hoc ipsum arguit virtutem Davidis, quod hostis ausus sit haec ab hoste petere. Nam quod jusjurandum exigit, non eo faciat, quod diffidat Davidis moribus, sed quod reputat quot malis illum affocisset. Jura mihi te non aboliturum semen meum post me. Hostem filiis suis relinquunt tutorem, suasque proles in illius deponit manus, dum his verbis filiorum ac Davidis manus apprehendens, Deum sequestrum adducit. »

23. ET JURAVIT DAVID SAUL, — nec tantum juravit, sed et plura quam juraverat praestitit. Ita S. Chrysostomus: « Quid igitur, inquit, David? Num vel leviter dissimulatione et ironia ad haec usus est? Nequaquam, sed protinus annuit, quodque petebatur concessit, ac mortuo Saule non modo non occidit illius posteros, sed tum plura praestitit quam erat pollicitus; siquidem filium ejus, cum esset claudus ac debilis erubus, in suam ipsius domum induxit, saepeque mensae fecit participem, summo illum honore dignatus, nec erubuit, nec occultavit, nec arbitratus est regnum meusam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari po-

24. Et nunc quia scio quod certissime regnatus sis. — « Scio, » ex singulari illa Dei erga te cura et providentia, qua te tutatur, meaque insidias eludit, ac te in omnibus prosperat facitque hostibus omnibus superiorem, aequae ac Israelitis omnibus amabilem et admirabilem ob tuam divinam patientiam et mansuetudinem, qua etiam mihi hosti tuo infensissimo vitam condonasti. Abulensis. Audi S. Chrysostomum, homilia jam citata: « Dic, obsecro, unde istud scis? Penes te sunt pecunia, arma, civitates, equi, milites, breviter universa vis apparatus regii: hic contra deservit ac nudus, nec civitatum, nec domum, nec familiam habens. Unde igitur, te quieso, ista loqueris? Nimirum ex ipsis Davidis moribus. Neque enim nudus, et inermis ac desertus me armatum, tantaque circumvallatum potentia superasset, nisi Deum haberet adiutorem. Porro qui bene habet faventem omnibus est potentior. Vides ad quam quantam philosophiam Saul post insidias deductus sit? Vides qui fieri possit ut inimicus omnem expuat militiam; immutatusque ad meliora sese recipiat? Ne velimus itaque nostram ipsorum salutem pro iracundiam devorare. »

25. Et juravit David Saul, — nec tantum juravit, sed et plura quam juraverat praestitit. Ita S. Chrysostomus: « Quid igitur, inquit, David? Num vel leviter dissimulatione et ironia ad haec usus est? Nequaquam, sed protinus annuit, quodque petebatur concessit, ac mortuo Saule non modo non occidit illius posteros, sed tum plura praestitit quam erat pollicitus; siquidem filium ejus, cum esset claudus ac debilis erubus, in suam ipsius domum induxit, saepeque mensae fecit participem, summo illum honore dignatus, nec erubuit, nec occultavit, nec arbitratus est regnum meusam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari po-

despicens, si magnanimus fueris, nunquam judicabis tibi contumeliam fieri. De inimico dices: Non nocuit mihi, sed animum nocendi habuit; et cum illum in potestate tua videris, vindictam putabis vindicare potuisse; scito enim honestum et magnam vindictae genus esse, ignoscere. »

26. Et nunc quia scio quod certissime regnatus sis. — « Scio, » ex singulari illa Dei erga te cura et providentia, qua te tutatur, meaque insidias eludit, ac te in omnibus prosperat facitque hostibus omnibus superiorem, aequae ac Israelitis omnibus amabilem et admirabilem ob tuam divinam patientiam et mansuetudinem, qua etiam mihi hosti tuo infensissimo vitam condonasti. Abulensis. Audi S. Chrysostomum, homilia jam citata: « Dic, obsecro, unde istud scis? Penes te sunt pecunia, arma, civitates, equi, milites, breviter universa vis apparatus regii: hic contra deservit ac nudus, nec civitatum, nec domum, nec familiam habens. Unde igitur, te quieso, ista loqueris? Nimirum ex ipsis Davidis moribus. Neque enim nudus, et inermis ac desertus me armatum, tantaque circumvallatum potentia superasset, nisi Deum haberet adiutorem. Porro qui bene habet faventem omnibus est potentior. Vides ad quam quantam philosophiam Saul post insidias deductus sit? Vides qui fieri possit ut inimicus omnem expuat militiam; immutatusque ad meliora sese recipiat? Ne velimus itaque nostram ipsorum salutem pro iracundiam devorare. »

27. Et juravit David Saul, — nec tantum juravit, sed et plura quam juraverat praestitit. Ita S. Chrysostomus: « Quid igitur, inquit, David? Num vel leviter dissimulatione et ironia ad haec usus est? Nequaquam, sed protinus annuit, quodque petebatur concessit, ac mortuo Saule non modo non occidit illius posteros, sed tum plura praestitit quam erat pollicitus; siquidem filium ejus, cum esset claudus ac debilis erubus, in suam ipsius domum induxit, saepeque mensae fecit participem, summo illum honore dignatus, nec erubuit, nec occultavit, nec arbitratus est regnum meusam claudicatione pueri dehonestari, sed decorari po-

Idem colligit Chrysostomus in nostra potestate esse inimicum nobis reconciliare, si cum Davide nos coram eo humiliemus, et charitatem in eum ostendamus, juxta illud Prov. xv. 4: Responsio mollis frangit iram. « In nobis ergo, ait Chrysostomus, vel ad majus irritetur incendium, si verbis asperis eum invadamus. » Probat id exemplo ignis quod subijcit; si enim « infles in sciuitillam ignis, excitas incendium; contra si inspuas, extinguis, et utrumque tibi in manu est; quoniam utrumque, inquit, ex ore tuo proficiscitur. Idem fit et in inimicitia proximi, si inflatos ac veordes ingeras sermones; excitas ignem illius, accendis carbonem; sin mites ac moderatos admoveas sermones priusquam exardescat, iram omnem extinguis.

tus ac laetiores fieri. Quotquot enim cum illo discumbabant, abibant magnam philosophiae doctrinam consecuti. »

Moraliter, David docet hic subditos, quam modeste, humiliter, reverenter, amanter se gerere debeant erga suos principes et prelatos tam saeculares quam Ecclesiasticos, etiam rigidos et molestos, imo iniquos, saevos et tyrannos, ut eos quasi christos Domini, et in eis quasi vicariis suis Deum ipsum colant et venerentur. In eis enim quasi vivis imaginibus potestas et majestas divina refulcet. Sic Moyses veneratus est Pharaonem, Isaias Manassen, Daniel Cyrum, Jeremias Nabuchodonosorem, Jaddo Alexandrum, S. Paulus Neroneum, S. Joannes Domitianum, S. Ignatius Trajanum, SS. Cornelius et Cyrianus Valerianum, SS. Sixtus et Laurentius Decium, S. Sebastianus Diocletianum, adeoque omnes Romani Praefices ac Sacerdotes et Christiani a S. Petro usque ad S. Sylvestrum per trecentos annos modeste, et patienter tolerare perpetuas persecutiones et martyria ab Imperatoribus Gentilibus, nec eis resisterent unquam vel quidquam mali intulerunt; sed fugerunt et abiderunt se in speluncis et cryptis, quas hodie Romae cernimus, et veneramus. Hoc est, quod ait Apostolus, Hebr. cap. xi: « Circueierunt in melotis, in pellicibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus, in solitudinibus errantes, in montibus et speluncis, et cavernis terrae. » Hoc est quod Christianos docet S. Petrus, epist. I, cap. ii, vers. 17: « Deum, inquit, time, regem (Neroneum) honorificate. Servi, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis. Haec est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias patiens injuste, etc. In hoc enim vocati estis; quia et Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus, etc., qui cum malediceretur, non maledicebat; cum patretur, non injure. » Atque haec sua patientia Christiani meruerunt apud Deum, ut ipse Imperator ad Christum converteret, sicut per S. Sylvestrum convertit Constantinum Imperatorem, adeoque Romanum totumque orbem effecit Christianum.

Idem faciunt Religiosi suis Superioribus et Rectoribus. Climachus, gradu 4 De obedientia, narrat Religiosum quemdam nomine Abba-Cyrum a Superioribus suis valde exercitum, adeo ut quotidie expelleretur ex mensa, et saepe incensus dormire cogereetur: quae omnia ille valde patienter tulit, ac roganti Climacho, quomodo illa toleraret, respondit: « Crede mihi, Pater, probant me Patres mei, utrum monachus esse cupiam, non autem vere id faciunt, quam ego Patris aliorumque intentionem non ignorans, levisime ac sine ulla molestia omnia tolero. Et ecce decimum quintum jam annum ago, istud cogitans sicut et ipsi, quando monasterium intravi, dixerunt mihi

Subditus naturae superiorum asperitas.

Exemplum Abba-Cyri monachi patientia in molestis.

Idem colligit Chrysostomus in nostra potestate esse inimicum nobis reconciliare, si cum Davide nos coram eo humiliemus, et charitatem in eum ostendamus, juxta illud Prov. xv. 4: Responsio mollis frangit iram. « In nobis ergo, ait Chrysostomus, vel ad majus irritetur incendium, si verbis asperis eum invadamus. » Probat id exemplo ignis quod subijcit; si enim « infles in sciuitillam ignis, excitas incendium; contra si inspuas, extinguis, et utrumque tibi in manu est; quoniam utrumque, inquit, ex ore tuo proficiscitur. Idem fit et in inimicitia proximi, si inflatos ac veordes ingeras sermones; excitas ignem illius, accendis carbonem; sin mites ac moderatos admoveas sermones priusquam exardescat, iram omnem extinguis.

quod usque ad trigesimum annum renuntiantes probare solerent. Et recte quidem pater Joannes. Sine probatione enim aurum non perficitur. Hic igitur egregius Abba-Cyrus secundo anno postquam adveneram, migravit ad Dominum in monasterio hoc, Patribus cum deficeret dicens: Gratias ago Domino et vobis, Patres, quod me ad salutem meam tentastis jugiter. Hæc enim ex causa immunis a tentationibus demonum hactenus mansi. Quem etiam tanquam confessorem, et cum his, qui illic obierunt sanctis dignissime æquissimus pastor sepeliri jussit.»

Ibidem magis mirabilem patientiam et obedientiam recenset ejusdem Achatii, qui a suo sene direttore non tantum asperere, sed et crudeliter tractabatur; quotidie enim non solum contumeliis, sed et verberibus afflictebatur: «Ego igitur, ait Climachus, obvians illi sæpissime dicebam: Quid est, frater Achatii? quomodo tibi est hodie? Ille vero continuo nunc quidem viventem, tumidumque oculum, aliquando vero faciem fractam et cervicem, sæpe ietum caput ostendebat. Ego itaque sciens eum patientie operarium, aiebam illi: Bone, sustine viriliter, et proderit tibi. Cum igitur egisset annos novem, sub immiti et acerbo sene, miravit ad Dominum, sepultusque est in Patrum coemeterio. Post quinque autem dies abiit ad magnum quemdam illic senem Achatii magister, dixitque illi: Frater Achatius mortuus est. Quod cum audisset senior respondit: Vere, senex, non id mihi persuades.

Qui ait: Veni et vide. Continuo surrexit senex, venitque cum beati pugillis magistro ad coemeterium. Clamavit tanquam viveret ad eum qui versus in beata requie vivebat. Dicens, frater Achatii: putasne mortuus est? Tum vero gratus ille obediens, etiam post mortem obedientiam ostendens magno illi ita de sepulcro respondit: Et fieri quomodo potest, Pater, ut moriatur homo obedientie deditus?»

In *Vitis Patrum*, lib. VII, cap. XLIII, Pimenius Abbas, rogans Nesteronem quomodo tam leniter injurias in monasterio toleraret, ab eo audivit: «In principio, quando ingressus sum, dixi cogitationi meæ: Ecce tu et hic asinus estis pares; sicut enim hic asinus vapulat, et non loquitur; injuriatur, et nihil respondet; ita ergo esto et tu, nam sic dicit et psalmus: Ut jumentum factus sum apud te, et ego semper tecum.»

Ibidem Abbas Agathon dixit: «Si vis vivere inter monachos, esto sicut statua lapidea, quæ, si injuria afflicta, non irascitur: si laudatur, non extollitur.» Ibidem lib. III, num. 84, ex Rufino narratur hæc sancti vox: «Porta celi est injuriarum permissio.» Ibidem, lib. V, cap. vii, num. 2: «Laudatus est, ait, quidam frater a monachis apud Abbatem Antonium; ille autem, cum venisset ad eum, tentavit si portaret injuriam, et cum cognovisset quia non posset ferre, dixit eis: Similis est domus quæ a facie quidem ornata est; de retro vero a latronibus depoliata.»

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Moritur Samuel. David a Nabal tendens oves petit annonam; ille in eum convicia et contumelias facit. Quare David iratus jurat se eum cum omnibus suis occisurum. Audit hoc Abigail uxor Nabal, suæque blandiloquentia et munificentia Davidem placat. Post decem dies Deus occidit Nabal, vers. 38. David Deo gratias agit, ac duas uxores ducit, Abigail et Achinoam, pro Michol quam Saul ei abstulit, tradiditque Phalti.

1. Mortuus est autem Samuel, et congregatus est universus Israel, et planxerunt eum, et sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Cousurgensque David descendit in desertum Pharan. 2. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, et possessio ejus in Carmelo, et homo ille magnus nimis: erantque ei oves tria millia et mille capræ; et accidit ut tonderetur grex ejus in Carmelo. 3. Nomen autem viri illius erat Nabal, et nomen uxoris ejus Abigail; eratque mulier illa prudentissima et speciosa: porro vir ejus durus, et pessimus; et multoties: erat autem de genere Caleb. 4. Cum ergo audisset David in deserto, quod tonderet Nabal gregem suum, 5. misit decem juvenes, et dixit eis: Ascendite in Carmelum, et venietis ad Nabal, et salutabitis eum ex nomine meo pacifice. 6. Et dicetis: Sit fratribus meis et tibi pax, et domui tuæ pax, et omnibus, quæcumque habes, sit pax. 7. Audivi quod tonderent pastores tui, qui erant nobiscum in deserto: nunquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit

quidquam eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo. 8. Interroga pueros tuos, et indicabunt tibi. Nunc ergo inveniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona venimus, quodcumque invenerit manus tua da servis tuis, et filio tuo David. 9. Cumque venisset pueri David, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine David, et siluerunt. 10. Respondens autem Nabal pueris David, ait: Quis est David? et quis est filius Isai? hodie increverunt servi qui fugiunt dominos suos. 11. Tollam ergo panes meos, et arqnas meas, et carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, et dabo viris quos nescio unde sint? 12. Regressi sunt itaque pueri David per viam suam, et reversi venerunt, et nuntiaverunt ei omnia verba quæ dixerat. 13. Tunc ait David pueris suis: Accingatur unusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis, accinctusque est et David ense suo, et secuti sunt David quasi quadringenti viri: porro ducenti remanserunt ad sarcinas. 14. Abigail autem uxori Nabal nuntiavit unus de pueris suis, dicens: Ecce David misit nuntios de deserto, ut benedicerent domino nostro; et aversatus est eos. 15. Homines isti boni satis fuerunt nobis, et non molesti; nec quidquam aliquando perit omni tempore quo fuimus conversati cum eis in deserto. 16. Pro muro erant nobis tam in nocte quam in die, omnibus diebus quibus pavimus apud eos greges. 17. Quam ob rem considera, et recogita quid facias: quoniam completa est malitia adversum virum tuum, et adversum domum tuam, et ipse est filius Belial, ita ut nemo possit ei loqui. 18. Festinavit igitur Abigail, et tulit ducentos panes, et duos utres vini, et quinque arietes coctos, et quinque sata polentæ, et centum ligaturas uvæ passæ, et ducentas massas caricarum, et posuit super asinos. 19. Dixitque pueris suis: Præcedite me; ecce, ego post tergum sequar vos: viro autem suo Nabal non indicavit. 20. Cum ergo ascendisset asinum, et descenderet ad radices montis, David et viri ejus descendeabant in occursum ejus, quibus et illa occurrit. 21. Et ait David: Vere frustra servavi omnia quæ hujus erant in deserto, et non perit quidquam de cunctis quæ ad eum pertinebant; et reddidit malum pro bono. 22. Hæc faciat Deus inimicis David, et hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent usque mane, mingentem ad parietem. 23. Cum autem vidisset Abigail David, festinavit, et descendit de asino, et procidit coram David super faciem suam, et adoravit super terram, 24. et cecidit ad pedes ejus, et dixit: In me sit, domine mi, hæc iniquitas; loquatur, obsecro, ancilla tua in auribus tuis, et audi verba famulæ tuæ. 25. Ne ponat, oro, dominus meus rex cor suum super virum istum iniquum Nabal: quoniam secundum nomen suum stultus est, et stultitia est cum eo; ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos, domine mi, quos misisti. 26. Nunc ergo, domine mi, vivit Dominus, et vivit anima tua, qui prohibuit te ne venires in sanguinem, et salvavit manum tuam tibi, et nunc fiant sicut Nabal inimici tui, et qui querunt domino meo malum. 27. Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo; et da pueris qui sequuntur te dominum meum. 28. Aufer iniquitatem famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia præbia Domini, domine mi, tu præliaris; malitia ergo non inveniat in te omnibus diebus vitæ tuæ. 29. Si enim surrexerit aliquando homo persequens te, et quærens animam tuam, erit anima domini mei custodita quasi in fasciculo viventium, apud Dominum tuum: porro inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu et circulo fundæ. 30. Cum ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia quæ locutus est bona de te, et constituerit te ducem super Israel: 31. non erit tibi hoc in singultum, et in scrupulum cordis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris: et cum benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. 32. Et ait David ad Abigail: Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit hodie te in occursum meum, et benedictum eloquium tuum, 33. et benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irem ad sanguinem, et ulciscerer me manu mea. 34. Alioquin vivit Dominus Deus Israel, qui prohibuit me ne malum facerem tibi: nisi cito

venisses in occursum mihi, non remansisset Nabal usque ad lucem matutinam, mingens ad parietem. 35. Susepit ergo David de manu ejus omnia quae attulerat ei, dixitque ei: Vade pacifice in domum tuam; ecce audivi vocem tuam, et honoravi faciem tuam. 36. Venit autem Abigail ad Nabal, et ecce erat ei convivium in domo ejus, quasi convivium regis, et cor Nabal jucundum: erat enim ebrius nimis; et non indicavit ei verbum pusillum ut grande usque mane. 37. Dilecto autem cum digessisset vinum Nabal, indicavit ei uxor sua verba haec, et emortuum est cor ejus intrinsecus, et factus est quasi lapis. 38. Cumque pertransissent decem dies, percensit Dominus Nabal, et mortuus est. 39. Quod cum audivisset David mortuum Nabal, ait: Benedictus Dominus, qui judicavit causam opprobrii mei de manu Nabal, et servum suum custodivit a malo, et malitiam Nabal reddidit Dominus in caput ejus. Misit ergo David, et locutus est ad Abigail, ut emeret eam sibi in uxorem. 40. Et venerunt pueri David ad Abigail in Carmelum, et locuti sunt ad eam, dicentes: David misit nos ad te, ut accipiat te sibi in uxorem. 41. Quae consurgens adoravit prona in terram, et ait: Ecce famula tua sit in ancillam, ut lavet pedes servorum domini mei. 42. Et festinavit, et surrexit Abigail, et ascendit super asinum, et quinque puellae ierunt cum ea, pedissequae ejus, et secuta est nuntios David, et facta est illi uxor. 43. Sed et Achionem accepit David de Jezrael; et fuit utraque uxor ejus. 44. Saul autem dedit Michol filiam suam, uxorem David, Phaltui filio Laïs, qui erat de Gallim.

4. MORTUUS EST AUTEM SAMUEL. — Quoto anno regni Saulis mortuus sit non satis liquet. Nam Samuel et Saul junctim praeruerunt Israeli 40 annis: nonnulli hos annos ita distribuunt, ut ex eis 20 deat Samueli et 20 Sauli; alii duos duntaxat ex cap. xiii, vers. 4, dant Sauli, alii decem, alii octodecim, ceteros Samueli. Alii, verisimiliter cum Saliano, Samueli dant annos 22, ceteros octodecim Sauli.

Rursum quot annis post creatum regem Saulem supervixerit Samuel non constat. Probabiliter Salianus opinatur eum supervivisse sedecim annis; ac biennio ante Saulem obiisse anno aetatis suae 77, cui favent Clemens Alexandrinus, Rufinus, Beda, Abulensis et Josephus, quos ipse citat. Obiit enim Saul anno regni sui 18.

ET CONGREGATUS EST UNIVERSUS ISRAEL, ET PLANXERUNT EUM ET SEPELIERUNT EUM IN DOMO SUA IN RAMATHA. — Vide hic amorem et observantiam totius populi erga Samuelem quasi suum Judicem, Prophetam et omnis boni auctorem. Vide pariter iunctus pompam, et mortui venerationem. Porro ossa Samuelis sub Arcadio Imperatore, anno Domini 406, ex Judea, magna et Imperatoris et populi pompa et devotione, translata sunt Constantinopolim. Unde S. Hieronymus scribens contra Vigilantium (quem nostri haeretici sequuntur) docet ejus et ceterorum Sanctorum lipsana sive reliquias fidelibus esse venerandas. Audi S. Hieronymum: « Sacrilagus dicendus est nunc Augustus Arcadius, qui ossa B. Samuelis longo post tempore de Judea transtulit in Thraciam? Omnes Episcopi non solum sacrilegi, sed et fatui iudicandi, qui rem vilissimam et dissolutos cineres in serico et vase aureo portaverunt? Stulti omnium Ecclesiarum populi, qui occurrerunt sanc-

tis reliquiis, et tanta laetitia sunt jucundati, quasi praesentem viventemque Prophetam cernerent atque suspicerent, ut de Palestina usque ad Chalcedonem jungerentur populorum examina, et in Christi laude una voce resonarent? »

ET POSSESSIO EJUS IN CARMELO. — Duo erant montes in Israel dicti Carmelus Unus celebris in tribu Issachar juxta mare, distans a Ptolemaide stadiis 120, vineis, oleis alisque arboribus odoriferis abundans, adeo ut in proverbium abiierit, ut cum locum fertilem significare velint, dicant eum esse « Carmel » vel « Carmelum »: in hoc versati sunt Elias et Eliseus, ibique Carmelitarum fuit origo III Reg. cap. xvii. Alter mons, et in monte urbs fuit in tribu Juda, fertilis in pascuis, fructibus et herbis, feraxque vini delicatissimi. In hoc Saul victoria politus de Amalectis, formicem triumphalem erexit, I Reg. xv. In hoc pariter habitavit et suas possessiones habuit Nabal. Ita S. Hieronymus, Borchardus, Bredenhachius, Adrichomius in *Descriptione terrae sanctae*.

2. ET HOMO ILLE MAGNUS NIMIS. — quasi dicit: Erat prepotens et ditissimus; unde explicans subdit: « Erantque ei oves tria milia et mille caprae. » Olim enim opes sibi erant in pecunibus et pecoribus: unde ab his nomen accepit pecuniam et pecunia, quia « omnis pecunia pecus fuit fundamentum, » ait Columella, lib. vi.

6. OMNIBUS QUaecumque HABES SIT PAX. — Fuit illo aeo haec usitata saluti, quae dicens: « Pax tibi et tuis. » omne bonum salutato approcabatur; pax enim vehit secum omnem prosperitatem, fertilitatem, rerum copiam, omneque bonum; sicut his adversa omnia invenit bellum.

8. IN DIE BONA VENIMUS. — quasi dicit: Ad diem letam venimus, quae tondis oves, ac liberalita-

tem erga tonsores exerceo dando eis splendidum epulum: oramus ergo ut nos egenos et famelicos, quasi tuos vicinos: amicos et defensores, hujus tuae laetitiae et epuli facias esse participes. Hilaria celebraz illarum, ergo particulam in nos deriva, nosque tecum exillara.

Bonum enim saepe similur pro lato, hilari, jucundo: sicut malum pro tristi et funesto. Unde illud: « Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum, » *Psal. cxxxii*, vers. 1. Et illud: « Sufficit diei malitia sua, » id est miseria et tristitia sua, *Math. cap. vi*.

QUaecumque INVENIT MANUS TUA, (id est quod habes in prompta, quod commode dare potes), **EA NORIS SERVUS TUUS.**

10. HODIE INGREVERUNT SERVI QUI FUGIUNT DOMINOS SUOS. — quasi dicit: Hodie inerevit David, qui est servus Saulis, ut audeat se regi suo opponere, et contra eum exercitum ducere ac regnum ejus ambire. Atrox fuit haec calumnia et injuria quam Nabal jecit in Davidem.

14. UT BENEDICERENT, — ut salutarent, ut bene et fausta precarentur.

16. PRO MURO ERANT NOBIS. — id est nos defendebant ab incurso hostium. Jure ergo annouam ab eis posebat David: cives enim alere debent milites presidarios, qui eos eorumque bona contra hostes tutantur et propugnant.

17. COMPLETA EST MALITIA, — id est malum et vindicta acris a Davide decreta, et plene certoque ab eo concepta imminet tuo viro et domui tuae.

INSE EST FILIUS BELIAL, — id est, avarus, ingratus, durus, malitiosus et pessimus, ut dictum est versu 3. *Belial* proprie idem est quod *sine joco*, effrenis, indomitus, quasi dicit: Nabal cervicose renuit audire bonas nostras suggestiones de cavenda Davidis vindicta illi parata. Quare idipsum tibi quae mulier es sapiens et docilis suggerimus, ut illam a te tuaque domo avertas.

18. FESTINAVIT IGTUR ABIGAIL. — ut Davidem iratum adventantem et exitum militantum sua beneficentia praeveneret, et eloquentia leniret: itaque Nabal mariti sui inhumanitatem expiaret. hinc apte dicta est *Abigail* id est *pater exultationis*, ait Pagninus, quia ipsa exsiliens, exultationem peperit tui Davidi, quam toti domui suae; idque fecit virili prudentia et fortitudine quasi virago, ut non tam mater, quam pater esse videretur.

QUINQUE SATA POLENTE. — *Satum* erat genus mensurae, continens libras 26, hoc est uncias 320.

ET CENTUM LIGATURAS UVAE PASSE. — id est, centum fasciculos uvaram siccatarum in furno vel in sole. Alii tamen per « ligaturas uvae, » accipiunt certas uvaram massas certi ponderis vel mensurae. Unde Septuaginta vertunt, *gomor unum uvae passe*. *Quila* vertit, *ephi*. Quare Theodoretus hic assertit gomor idem esse quod *ephi* et *satum*, citatque Ezechielem, sed falso; nam *Ezechiel* xlv, 11, dicitur: « *Ephi* et *satus* aequalia sunt, »

non autem *gomor*. Nam ex *Erodi* xvi, 16, constat *gomor* fuisse decimam partem *ephi*: *gomor* ergo continebat octo libras, hoc est uncias 96, *satum* autem continebat 26 libras, hoc est, uncias 320. *Ephi* vero continebat libras 80, hoc est uncias 960. Vide dicta de ponderibus et mensuris in fine Pentateuchi. Aliud ergo est *gomor*, aliud *homor*, sive *corus*; hic enim continebat libras 800, hoc est, uncias 9600. *Gomor* igitur *uvae passe* continebat 96 uncias *uvae passe*. Unde alii Hebraeorum *סמקא* *tsimukim*, id est *ligaturas*, vertunt, *botros*, quod in his colliguntur grana; aut quod botri sicut colliguntur in massam. Ita Pagninus, Arias, Marinus et alii. Centum enim botri facile ponderant 96 uncias: quisque enim botrus fere ponderat unciam. Huc facit quod I *Paral.* xxx, 17, Hebraei dederint illi *Egypto* duo *tsimukim*, id est, duos botros, ut videtur: nam *uvae passe* et botri sunt quasi bellaria, quae in fine mensurae pauca apponuntur. Aut potius dicendum est *gomor* apud Septuaginta non significare determinatam mensuram, sed vas quodlibet commune, quale erat *gomor*. Sic enim Itali *barille* vocant omne vas minus. Hic sensus valde planus et appositus est. Nam *ligatura* significat colligationem plurium botrorum; ut in regno Neapolitano duos pluresve botros colligant simul ad siccandum. Nam pro sexcentis Davidis militibus, valde parum fuisse centum botri. *Unum* ergo *gomor* vocatur *libra unum vas*, una massa, una mensura communis uvaram passarum.

ET DUCENTAS MASSAS CARICARUM. — id est, ficum aridarum vel siccatarum ad solem, ex quibus fiant masse ficuum, et formae quasi caseorum.

22. HIC FACIAT DEUS INIMICIS DAVID. — id est, ipsi Davidi, alioqui enim ridicula esset haec imprecatio. Est euphemismus. David enim hic jurat juramento execratorio more vulgi: vulgus autem non audet jurando imprecari mala sibi ipsi, quia anxie timet quod si aliquid malum sibi imprecetur, illud revera sibi eveniat: jurat ergo imprecando malum aliis, sed per alios intelligit se ipsum. Sic ergo David imprecatur malum « inimicis suis, » id est sibi ipsi. Ita Abulensis, simili euphemismo, ait Daniel, cap. iv, vers. 16, regi Nabuchodonosori: « Domine mi, somnium his qui te oderunt, et interpretatio ejus hostibus tuis sit, » cum tamen sit de ipsomet rege.

SI RELIQUERO DE OMNIBUS QUAE AD IPSUM PERTINENT USQUE MANE, MINGENTEM AD PARIETEM. — *q. d.* David: iuro quod omnes in domo Nabal occidam ante auroram; ita ut nec canem vivum in ea relinquam. Canes enim elevata tibia commingunt parietem, cum cetera animalia mingant in terram. Sic vulgo dicimus: ad oves occidit, ut nec felem nec canem vivum relinquat. Ita Lyranus, Cajetanus, Vatablus. Alii per « mingentem ad parietem, » intelligunt hominem masculum sive magnum, sive parvum. Unde Chaldaeus vertit, *cognoscentem cognitionem*, id est, hominem sive

Vers. 22.

Iurat David execratione in seipsum et in ipsos.

Peccavit virum cognitione et iudicio praeditum. Peccavit sine dubio David sic jurando, ut patet vers. 31, et magis peccasset, si iuramentum reipsa explesset: nam in domo Nabal erant multi, imo omnes, excepto ipso, innocentes. Solut enim Nabal contumeliam fecerat Davidi: nam servis eius ipsius responsum displicerat. Unde illud Abigail retulerunt, ut ipsa illud corrigeret; Nabal tamen me-rebatur castigari. Unde Theodoratus, Quast. LVII, ait Davidem juste voluisse Nabalum occidere propter indignissima convicia et contumelias, quibus Davidem actu impetebat. Verum poterat David aliter haec refutare et compescere: quare non videtur potuisse licite Nabalum occidere; quia ipse necdum erat rex, ut publica autoritate posset Nabalum damnare ad mortem. Juravit ergo ex impetu et fervore juvenili et militari, ab ira et cholera abreptus ob injuria atrocitate, sed rediens ad se, sedataque ira poenitit, manumque a caede cohibuit, ut patet ex sequentibus.

Sic Aurelianus Imperator Tyanensis sibi portis ocludentibus, iratus dixit: « Canem in hoc oppido non relinquam. » Urbe capta, militibus ex promisso direptionem oppidi flagitantibus, respondit: « Agite, canem negavi me relicturnm, canes omnes occidite. » Et sic sua promissioni satisfecit, et clementer hostes suos traxit, ait Flavius Vopiscus in Aureliano.

24. IN ME SIT, DOMINE MI, HEC INIQUITAS. — q. d. Mihi imputa iniquitatem mariti mei Nabal, non ipsi: ipse enim stultus est, et nescit quid faciat; me ergo quae uxor ejus sum, culpa, me puni, ego luam quod ipse peccavit. Hebraice enim est: In me, ego (subaudi peccavi), domine mi, sit haec iniquitas. Aut, q. d. Esto peccarim, audi tamen benigne verba, quae ad mei exausationem et ad tuum commodum eloquar. Ita Vatablus.

25. NE PONAT, ORO, DOMINUS MEUS REX (a Samuele unctus in regem, etsi necdum regni possessionem adieris) COR SUUM SUPER VIRUM ISTUM INIQUUM (Belial Hebraice, id est, indomitum, effrenum, improbum) NABAL, QUONIAM SECUNDUM Nomen SUUM STULTUS EST. — Nabal enim Hebraice idem est quod stultus, seu malus et malignus, sive nebulosus, q. d. Ne apprehendas, ne cures, ne te affligas, ne irascaris Nabal ob ejus inhumanitatem et convicia quae in te jecit; quia ipse vere est Nabal, id est, stultus; nemo autem curat dicteria et probra stulti et amentis; quia stultus caret ratione instar bruti, et ignorat quid agat et loquatur. « Hebraice Nabal, ait S. Ambrosius, epist. 35, Latine insipiens, durus, inhospitalis, inhumanus, ingratus, qui officia nesciret referre. »

Tropologicè nec urget S. Ambrosius in Psal. CXVIII, serm. 14, q. d. Tu, o David, rex es: rege ergo tuas passiones, frena iram, doma vindictam. Nam, ut ait S. Ambrosius in « Quoniamque proprium corpus subegerit, nec ejus passionibus turbati animam suam rector sui congrua vivacitate permisit; in bene regia quadam potestate

se cohibens, rex dicitur: quod regere se noverit, arbiter sui juris sit; ne non captivus trahatur in culpam, nec praecipit feratur in vitium. Hujus anima non perit in aeternum; nec quisquam rapit eam, de manu Patris omnipotentis aut Filii. Manus enim Dei quae solidavit caelum, quos tenuerit, non amittit. »

26. VIVIT DOMINUS ET VIVIT ANIMA TUA. — q. d. Juro per vitam Dei et per vitam tuam quod verum dicam, quodque res ita gesta sit ut dixi, scilicet, quod non viderim pueros tuos, nec conscia fuerim inhumanitatis a Nabal in te exercite.

Et SALVAVIT MANUM TUAM TIBI, — q. d. Deus continuit manum tuam, ne tu per illam te ipsum fedares caede et sanguine innocentium filiorum et famulorum meorum.

Et NUNC FIANT SICUT NABAL INIMICI TUI, q. d. Sicut Nabal est in tua potestate et misericordia, sic omnes inimici tui tibi subdantur, tuamque gratiam et misericordiam famulari cogantur, ut ego eandem pro Nabal imploro. Ita Cajetanus. Aut, q. d. Omnes inimici tui amentur ut Nabal, stulti et fatui de quibus quid dicant vel agant, nemo sapiens curat vel considerat. Ita Abulensis.

27. SUSCIPE BENEDICTIONEM, — id est, beneficium: sive donum annonae, quod tibi tuisque attuli.

28. AUFER INIQUITATEM FAMULE Tuae; — q. d. Ver. 14. Remitte et condona iniquitatem Nabal mariti mei, quam ego in me transferri cupio, ut illius culpae poenam exsolvam.

DONUM FIDELIUM, — id est familiam, stirpem et posteritatem firmam et stabilem; ut scilicet filii et nepotes ex te progignendi continua serie regnent in Israel, exclusa Saulis posteritate ob ejus iniquitatem.

MALITIA ERGO NON INVENIATUR IN TE. — « Malitia, » id est, peccatum, et ultio quae dedecet personam regiam, ad quam a Deo destinatus es, quaeque te a regno impedit: omnes enim cupiunt regem elementem et injuriam immemorem, non memorem et vindictae cupidum.

29. SI ENIM SURREXERIT ALIQUANDO HOMO PERSEQUENS TE, ET QUERENS ANIMAM TUAM, ERIT ANIMA DOMINI MEI CUSTODITA QUASI IN FASCICULO VIVENTIUM. — q. d. Si vitam Nabalo hosti tuo condonas, cum ipse sis in te probris mortem mereatur; Deus congruus tibi mercedem rependet, ut vicissim vitam tuam contra omnes te persequentes, qui insperant contra Saulem teatur, illamque inter tot pericula securam et longevam diutissime conservet: nam res recondata « in fasciculo, » sive in ligamine « viventium, » quod scilicet ligantur vitae seu vivi, ad hoc reconduitur ut illa servetur inter vivos (1); res vero quae ponitur in funda,

ad hoc in ea ponitur, ut funda illud ejiciat et ejaculetur: similiter ergo modo Deus rotet quasi in funda vitam inimicorum tuorum, ut animam e corpore eorum expellat et evibret, eosque mori cogat. Ita Cajetanus. Fasciculus ergo viventium appellat Deum, est Dei providentia et cura, in qua ipse eos, quorum vitam conservat, quasi colligatos habet, ne quis pereat.

Allegorice et tropologicè: Fasciculus viventium est catalogus, vel potius caesus et concellium Sanctorum Dei amicorum, et electorum ad vitam aeternam (vice versa, Fasciculus morientium est catalogus damnatorum ad mortem aeternam. Ili enim, a' Isaias cap. XXIV, vers. 22, « congregabuntur in congregatione unius fascis in lacum »); lapis vero in funda rotatus, sunt impii et reprobi ejicienti in gehennam et mortem aeternam. Ita Eucherius, Angelomus, Glossa, idque propter quinque analogias. Prima est, quia, ut ait Eucherius, « fasciculus astringitur ut conservetur; sic enim electi pressuris tribulationum constringuntur, ut his admotum per manus redemptionis in perpetuum conserventur; quia vero reprobi, quo laetiores in vita sunt, eo longius a divina visionis gloria projiciuntur; idcirco lapidi funde comparantur, quod videtur alluisse regius vates, Isai. LXXVIII: ipsi vero de manu tua repulsi sunt.

Secundo, quae est ejusdem: Quia sicut fasciculus vinculo quodam et nexu colligatur, ita sanctorum caesus eadem fide, eadem spe, eodem charitatis vinculo constringitur, et uno eodemque divino presidio undique cingitur. Tertia, quia sicut fasciculus florum in manu ad oblectationem gestatur; ita electos omnes Deus in manu sua gestat, et virtutum odore, qui ex illis afflatur, continuo delectatur, juxta illud Sapient. III: Justorum animae in manu Dei sunt, quamvis sibi proprie sermo de protectione, qua Deus sanctos tuetur, unde subdit: Non tanget illos tormentum mortis. Quarta, quia sicut fasciculus non nisi ex certis hisque lectissimis floribus conficitur, ita praedestinatorum numerus ex certis, hisque charitatis, virtutumque caeterarum odore, ac suavitate redolentibus existit. Quinto, fasciculus notum ordinem gradusque gloriae Sanctorum: sicut enim in fascie flos uno alteri ordinate inseritur, et unus per alio emicat; sic et in caelo Sancti pro meritis suum tenent locum et ordinem, unusque praeter alio dotibus gratiae et gloriae resplendet: « Stella enim a stella differt in claritate; sic et resurrectio mortuorum, » I Cor. XV, 41. Haec plura dixi Amos cap. IX, vers. 8, ad illa: « Fasciculum suum super terram fundavit. » Fasciculus ergo viventium idem est quod liber vitae.

Porro Sebastianus Munsterus, licet hereticus, hic quippiam notatu dignum offert pro suffragiis defunctorum, veterique ritu orandi pro mortuis: Per Fasciculam, inquit, viventium intelligunt Hebraei solum majestatis, sub quo aiunt justorum animas in saeculo alio quiescere. Hinc etiam est,

(1) Haec locutio custodia quasi in fasciculo devenit ab antiquo usu custodiendi abruptam pecuniam in fasciculis.

ut in tumbis suis passim insculpat hanc sententiam: « Anima ejus sit in fasciculo viventium; » sicuti « requiescat anima ejus, » etc. de quibus liber qui inscribitur: Praelectiones Judaeorum pro defunctis, quem vertit Genebrardus.

Moraliter: Nota hic modis quibus Abigail infregit iram accensam Davidis, eumque a caede cohibuit, quos imitemur, ut furorem furentium quasi injecta aqua restinguamus et sopiamus: primo enim obtulit Davidi multa et ampla dona quae negarat Nabal, ideoque Davidi bilem moverat: dona enim iram sopiant et amorem conciliant; secundo, summe se humiliavit prosternendo se in terram coram Davide, qua humiliatione extersit superbum Nabal responsum, quod Davidem irritarat; tertio, rationes affert sapientes et blandas, quibus ostendit Davidi quam noxia ei futura sit ira et vindicta, quamque salutaris et commoda ejus oblivio et condonatio, scilicet primo, quod Nabal sit stultus, stulti autem dicta et probra sapienti non sunt curanda, sed contemnenda; secundo, quod ipsa se offerat pro Nabal ad lendam penam; tertio, quod ipsa non viderit servos a Davide ad Nabal missos, nec maledicta Nabal audivit: quare rogat ut sibi commode sua innocenti pareat; quarto, quod si vitam Nabalo condonavit, Deus vicissim vitam Davidis contra Saulem caeterosque hostes tribuitur, quod David praestatur praemia Domini, scilicet ad defendendum Israel, qui erat populus Dei; quare hoc suum decus non inquiet « Nita et ultio privata, nec maculet conscientiam suam puram caede tot innocentium qui erant in domo Nabal; secundo, quod si ira sua indulgeat, populum a se avertet, ne eum in regem acceptet; septimo, quod haec vindicta erit ei in singulum et cordolum per omnem vitam, quodque Dei iram provocabit, ut eum puniat poena talionis, ac domum ejus exscindat: sin autem eam condonet et vitam tot innocentium servet, Deum pariter daturum ei domum fidelem ac posteros ejus in vita et in regno perpetuo servaturum.

31. ET CUM BENEFECERIT DOMINUS DOMINO MEO, (scilicet tibi, ut te ad regnum evehat), RECORDABERIS ANCHILLE Tuae, — ut scilicet mihi benefacias; videtur pressargre et tacite petere Abigail, ut asciscatur in uxorem ejus in vita et in regno regina.

37. INDICAVIT EI UXOR SUA VERBA HEC, ET ENORTUUM EST COR EJUS, — quasi dicat: Timore Davidis attonitus fuit Nabal, et quasi emortuus; ipse enim male sibi conscius audiens justam Davidis contra se iram, metu it in illam totam in se solum effunderet: putavit enim hac de causa eum pepercisse Abigail et familie suae innocenti, ut caput nocens, id est Nabal, peteret. Simili modo ait Ovidius, lib. I Tristium, eleg. 3.

Non aliter stupuit, quam qui Jovis ignibus ictus, Vivit, et est vita aescius ipse sua.

37

III.

III.

III.

III.

38. PERCUSIT DOMINUS NABAL, — morbum lethalem ei immisit, qui subitanam ei mortem afferret.

39. AD ABIGAIL, UT SUBERET EAM SIBI IN UXOREM. — David dicens Abigail, representavit Christum, qui sibi Ecclesiam ex gentibus despondit. « Hæc enim, amivo viro cui ante juncta fuerat, transivit ad Christum, censu pio dives, humilitatis et fidei, misericordie quoque dotata patrimonio, etc., cui sponsus jucunditatem confert et gratiam, emundans eum ab omnibus pulchritudinis ejus impedimentis, » ait S. Ambrosius, epist. 33 ad Iren. Qui et subdit Achinoam alteram Davidis uxorem significasse Synagogam Judæorum. Achinoam enim, inquit Ambrosius, Hebraice idem est quod frater jucunditatis, sive pulchritudinis; aut, frater meus decor sive jucunditas; » quod Judæis ad Christum conversis apte congruit.

41. ECCE FAMULA TUA SIT IN ANCIILLAM, UT LAVET

pedes servorum domini mei. — Abigail absentem Davidem, quasi presentem in legatis ab eo missis alloquitur, ejusque se vocat famulam et ancillam: atque hac sua humilitate meruit fieri ejus uxor et regina Israelis. Unde ipsa typus fuit B. Virginis, quæ electa a Deo in sponsum, et a Verbo in ea incarnando in matrem, dixit Gabrieli Archangelo: « Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. » Ideoque ipsa ancilla Dei facta est mater Dei. Vere Ecclesiasticus, cap. XXVI, vers. 1: « Mulieris bonæ, inquit, beatus vir, numerus enim annorum illius duplex: mulier fortis oblectat virum suum, et annos vite illius in pace implebit, pars bona, mulier bona, » etc., et vers. 16: « Gratia mulieris sedula delectabit virum suum. Gratia super gratiam, mulier sancta et pudorata. » Talis enim fuit Abigail.

44. SAUL AUTEM DEDIT MICHOI, FILIAM SUAM UXOREM DAVID, PHALTI FILIO LAIS. — Traditum, vel potius moro suo fabulantur Rabбини, Phalti non cognovisse Michol, eo quod gladius inter ipsum et Michol interjaceret, ideoque ipsum mansisse illibere sine filiis. Alii asserunt id eum fecisse ex studio pietatis et castitatis. Alii alia comminiscuntur: sunt enim ipsi non vasorum, sed opinionum et somniorum figuli.

CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

David dormientem Sauli parens, tollensque ejus hastam et scyphum, illaque ostendens Sauli, ac suam innocentiam et clementiam allegans, ejus tram odianque expugnat, ut dicat: Benedictus tu, fili mi David.

1. Et venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes: Ecce, David absconditus est in colle Hachila, quæ est ex adverso solitudinis. 2. Et surrexit Saul, et descendit in desertum Ziph, et cum eo tria milia virorum de electis Israel, ut quæreret David in deserto Ziph. 3. Et castrametatus est Saul in Gabaa Hachila, quæ erat ex adverso solitudinis in via; David autem habitabat in deserto. Videns autem quod venisset Saul post se in deserto, 4. misit exploratores, et dedit quod illuc venisset certissime. 5. Et surrexit David clam, et venit ad locum ubi erat Saul: cumque vidisset locum in quo dormiebat Saul, et Abner filius Ner, princeps militiæ ejus, et Saulem dormientem in tentorio, et reliquum vulgus per circuitum ejus, 6. ait David ad Achimelech Hethæum, et Abisai filium Sarvia, fratrem Joab, dicens: Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixitque Abisai: Ego descendam tecum. 7. Venerunt ergo David et Abisai ad populum nocte, et invenerunt Saul jacentem, et dormientem in tentorio, et hastam fixam in terra ad caput ejus: Abner autem et populum dormientes in circuitu ejus. 8. Dixitque Abisai ad David: Conclusit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas; nunc ergo perfodiatur eum lancea in terra semel, et secundo opus non erit. 9. Et dixit David ad Abisai: Ne interficias eum; quis enim extendet manum suam in christum Domini, et innocens erit? 10. Et dixit David: Vivit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies ejus venerit ut moriatur, aut in prælium descendens perierit: 11. propitius sit mihi Dominus ne extendam manum meam in christum Domini. Nunc igitur tolle hastam quæ est ad caput ejus,

et scyphum aquæ, et abeamus. 12. Tuli igitur David hastam, et scyphum aquæ, qui erat ad caput Saul, et abierunt: et non erat quisquam qui videret, et intelligeret, et evigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos. 13. Cumque transisset David ex adverso, et stetisset in vertice montis de longe, et esset grande intervallum inter eos, 14. clamavit David ad populum, et ad Abner filium Ner, dicens: Nonne respondebis, Abner? Et respondens Abner, ait: Quis es tu, qui clamas, et inquietas regem? 15. Et ait David ad Abner: Numquid non vir tu es? et quis alius similis tui in Israel? Quare ergo non custodisti dominum tuum regem? Ingressus est enim unus de turba, ut interficeret regem dominum tuum. 16. Non est bonum hoc quod fecisti: vivit Dominus, quoniam filii mortis estis vos, qui non custodistis dominum vestrum, christum Domini. Nunc ergo vide ubi sit hasta regis, et ubi sit scyphus aquæ, qui erat ad caput ejus. 17. Cognovit autem Saul vocem David et dixit: Numquid vox hæc tua, fili mi David? Et ait David: Vox mea, domine mi rex. 18. Et ait: Quam ob causam dominus meus persequitur servum suum? Quid feci? aut quod est malum in manu mea? 19. Nunc ergo audi, oro, domine mi rex: verba servi tui: Si Dominus incitavit te fructum me, odoretur sacrificium; si autem filii hominum maledicti sunt in conspectu Domini: qui ejecerunt me hodie, ut non habitem in hereditate Domini, dicentes: Vade, servi diis alienis. 20. Et nunc non effundatur sanguis meus in terram coram Domino; quia egressus est rex Israel, ut quærat pulicem unum, sicut persequitur perdidit in montibus. 21. Et ait Saul: Percavi; revertere, fili mi David; nequaquam enim ultra tibi malefaciam, eo quod pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim quod stulte egerim, et ignoraverim multa nimis. 22. Et respondens David, ait: Ecce hasta regis, transeat unus de pueris regis, et tollat eam. 23. Dominus autem retribuet unicuique secundum justitiam suam et fidem; tradidit enim te Dominus hodie in manum meam, et nolui extendere manum meam in christum Domini. 24. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis, sic magnificetur anima mea in oculis Domini, et liberet me de omni angustia. 25. Ait ergo Saul ad David: Benedictus tu, fili mi David; et quidem faciens facies, et potens poteris. Abiit autem David in viam suam, et Saul reversus est in locum suum.

9. QUIS ENIM EXTENDIT MANUM SUAM IN CHRISTUM DOMINI (in Saulem, quia a Deo per Samuelem unctus erat in regem), ET INNOCENS ERIT? — David ab hac cæde abhorruit, eo quod indecens et indignum ei videretur occidere regem suum a Deo constitutum et unctum: religioni ergo sibi duxit Saulem ledere, ne Deum in eo ledere videretur: ita pie mentes, et ut ait S. Bernardus, agnoscent culpam, ubi non est culpa, ejusque umbram horrescunt.

Moraliter, discat hic a Davide quam prælatos et principes etiam improbos et nobis adversantes, revereri debeamus, quasi christos Domini, nec eos verbo, multo minus verbere ledere. Rursum, quantopere Deus eos quos parat ad magnam, ut alios regant, exercent adversitatibus et persecutionibus. Sic enim per Saulem exercuit Davidem, ut ejus virtutem acueret, dignumque regem efficeret: quare hæc persecutiones Saulis non fuerunt aliud Davidi, quam exercitationes, preparationes et dispositiones ad regnum, idque Saul agnovit dicens vers. 15: « Faciens facies, et potens poteris. » Simili modo solent Principes, Episcopi, Rectores, subditos quos ad regimen

parant, variis gravibusque imperiis, oneribus, increpationibus, mortificationibus exercere, ut eorum virtutem probent, augeant, perficiant, utque ipsi discant in regimine subditis compati. Nemo enim recte imperat, nisi qui recte patet. Nemo sentit jugum obedientiæ quod aliis imponit, nisi qui prius illud subiit et expertus est; qui enim illud non subiit, imperiosus regit et « dominatur in clericis, » ait S. Petrus. « Bihentes vinum in phialis, et optimo unguento delibuti, » inquit Amos cap. vi, vers. 6, et nihil patiebantur super contritione Joseph. »

11. PROPITIUS SIT MIHI DOMINUS, NE EXTENDAM MANUM MEAM IN CHRISTUM DOMINI. — Quasi dicat: Precor Deum ut det mihi gratiam et constantiam, ne victus persecutionibus Saulis, eum aliquando velim occidere. Unde hebraice est, *prohibebat Dominus ne extendam*, etc.; Chaldaicus, *nefas mihi ab ante Dominum*, etc. Oratio est, et ut nonnulli volunt, simul juramentum, quo David jurat se non occisurum Saulem, ut per illud se in bono hoc proposito confirmet, utque Abisai et alios volentes occidere Saulem prorsus ab ejus cæde avertat.

ET SCYPHUM AQVE. — Perperam Castellan et Calvinista vertunt, *matulam*. Quæres, quis fuerit hic *aquæ scyphus*? *Prin.*: Serarius putat fuisse clepsydram horariam. ad vigiliis noctis Sauli indicandas. Nam Julius Cæsar et priscl Duces olim in castris ad illum finem clepsydri utebantur, teste Vegetio, lib. III. Veterum enim clepsydre indicabant horas ex fluxu non arenæ (ut faciunt nostræ), sed aquæ, ut nomen ipsum indicat: clepsydra enim dicitur quasi *κλεψιδρα* *κλεψ*, id est suffurans aquam. Erat ergo clepsydra, horologium aquarum, horas aquæ fluxu dimetiens. *Secundo*, Auctor *Antiq. Conval.* lib. II. Verisimile est, inquit, Judæorum pctam in militia fuisse aquam, non vinum. Unde lib. I *Samuel*, scyphus aquæ ad caput Saulis stetit dicitur non vini, ut hodie sæpè numero magni viri noctu quoque ad lectum solent habere vini cantharos atque pocula ad potandum: unde vigilis illi sua siti, quam sibi assidua, immoderateque vini ingurgitatione compararunt, satisfaciendum.

Tertio, planius Josephus: Hic aquæ scyphus, ait, erat ad lavandum; mane enim et subinde per diem aqua manus et faciem abluisse soleamus. Judæi vero etiam noctu non raro se lavabant, præsertim si quæ eis pollutio accidisset. Unde Clemens Alexandrinus, libro IV *Strom.* cap. vii: « Judei, inquit, etiam in lecto purgantur. » Idem, *Echort. ad Gentes*: « Semper, inquit, a cubili lavantur Hebræi. » Idem faciliat etiamnum Judæi, adeoque ex eis religiosiores crebro totum corpus abluunt.

12. QUIA SOPOR DOMINI INCRUIT SUPER EOS. — « Sopor Domini, » id est sopor magnus et gravis. Ita Chaldaei sic vocantur *montes Dei et castris Dei*, id est magni et excelsi. Aut melius, « sopor Domini, » est sopor a Domino immissus. Naturaliter enim vix fieri poterat ut in castris tam numerosis omnes omnino etiam vigilantes dormirent. Deus ergo fuit qui omnibus soporem immisit in gratiam Davidis. Similem soporem immisit Deus Adæ, cum ex ejus dormientis latere accepit costam, ex eaque formavit Evam, *Genes.* II. Vide hic, mirare et reverere providentiam Dei, qua Davidem et suos contra tot hostium millia tuetur, immittendo omnibus soporem, ut David Saulem omnesque ejus milites macrare posset, si voluisset; atque ejus insignis bonitas et clementia, parendo Sauli, tam ipsi quam toti populo patefieret, itaque ab eo in regem eligeretur.

13. CUSQUE TRANSSISSET DAVID EX ADVERSO ET STETISSET IN VERTICE MONTIS DE LONGE. — Prudenter id fecit David, ne, si in castris Saulis mansisset, ab aliquo militum ejus occideretur. Secessit ergo in montem, ut fugere posset, si quis eum insecutus fuisset, ut eminus e monte clamans per tota Saulis castra monti subjecta audiretur. Vide hic ut David in omnibus formis se transformet, ad Saulem placandum, sanandum et salvandum. Vere Comicus: « Illud mirum est sapere, si ubicumque opus sit, animum possis flectere. »

Allegorice Eucherius: « Venit, ait, David, id est, Christus ad Judæos hostes suos dormientes in sua infidelitate; non eos occidit, sed tulit ab eis scyphum aquæ, id est, gratiam legis, tulit et scyphum regale, regni scilicet potestatem, quam pro magno habebant, et eade se protegabant temporaliter, et quam adversus Deum per incredulitatem gerabant. Deinde victor noster David de castris eorum regressus, transcendit in altitudinem montis colorum. »

16. FILII MORTIS ESTIS VOS, QUI NON CUSTODISTIS DOMINUM VESTRUM. — Erant custodes hi dormientes excusabiles et extra culpam, quia vigilare non erat in eorum potestate et libertate. Nam Deus sopore immissio cogebat eos dormire, ut dictum est vers. 12. David autem vocat eos *filios*, id est reos, *mortis*, quia actus hic dormienti secundum se spectatus damnavilis erat, dignusque morte: unde vigilis qui in castris noctu exebant, si a capitaneo dormientes inveniantur, trucidantur, quia illorum somnus creat periculum evidens totis castris, ne ab hoste invadantur et evertantur.

19. SI DOMINUS INCITAT TE ADVERSUS ME, ODORET SACRIFICIUM. — hoc est, præsto sum ut occidat, et Deo immoler quasi victimam, que ipsi placeat velut odor suavitalis sacrificii. Loquitur anthropopathas. Deus enim cum non habeat corpus et nares, proprie non odoratur nidorem sacrificii, sed dicitur odorari metaphorice; quia sicut odor suavis delectat odoratum hominis, sic suavitatis sacrificii oblectat Deum. Alii sic exponunt, *q. d.* *Odoretur sacrificium*, id est offeram sacrificium pro peccato, si aliquid contra Deum, vel contra te, o Saul, commisit.

SI AUTEM FILII HOMINUM (incitant te adversum me), MALEDICTI SUNT IN CONSPPECTU DOMINI (utpote qui me innocentem et a Deo in regem unctum inique persequantur), DICENTES: VADE, SERVI, DIIS ALIENIS. — « Dicentes, » non verbis sed factis, ait Theodoretus et Procopius; fugando enim Davidem ex Judæa, cogebant eum fugere ad Philisteos aliasque gentes a quibus David sollicitabatur ad colendum eorum deos et idola.

20. ET NUNC NON EFFUNDATUR SANGUIS MEUS. — *q. d.* Quia non habes justam causam me persequendi, sed solum te incitant filii hominum in me malevoli et maligni; ideo tibi supplico ne meum sanguinem innocentem effundas.

SICUT PERSEQUITUR PERDIX. — « Persequitur, » passive, hoc est persecutionem patitur. Comparat enim David se pulci et perdici, que a venatore queritur ad necem (1).

21. ET IGNORAVERIM MULTA NIMIS. — id est non cogitarim tuam innocentiam et benevolentiam erga me.

24. ET SICUT MAGNIFICATA EST ANIMA TUA HODIE IN

(1) Perples Interpretes censent hanc locutionem *perdis* sumendam esse pro avi quadam Palestinae proprie, v. g. gallina silvestri.

OCULIS MEIS (quasi dicat: Sicut vita tua magno estimata fuit mihi, ut illam tangere et lædere noverim, cum illam haberem in manu et potestate mea): SIC MAGNIFICATA EST ANIMA MEA IN OCULIS DOMINI (ut Deus hanc meam clementiam congruam mercedem et talionem rependat, ut vitam meam contra tuos turumque et hostium ceterorum insidias illasam conservet; itaque ostendat se eam valde estimare et magnificare), ET LIBERET ME DE OMNI ANGSTIA.

25. FACIENS FACIES, ET POTENS POTERIS. — *q. d.* Præclara facies opera et res præclaras geres, ac valde potens evades, præsertim cum mihi in regnum succedes. Unde Chaldaei vertit, *regnando regnabis, et prosperando prosperabis*; Tigrinus, *facies, et omnia perficies*; Vatablus, *valendo valebis*, id est magnis viribus pollebis.

CAPUT VIGESIMUM SEPTIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

David fugit ad regem Geth, ab eoque obtinet urbem Siceleg, ex qua assidue prædatum excurrit in hostes Israelis, omnes occidendo, ne quis eum apud regem accuset.

1. Et ait David in corde suo: Aliquando incidam una die in manus Saul; nonne melius est ut fugiam, et salver in terra Philistinorum, ut desperet Saul, cesseretque me querere in cunctis finibus Israel? fugiam ergo manus ejus. 2. Et surrexit David, et abiit ipse, et sexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoch, regem Geth. 3. Et habitavit David cum Achis in Geth, ipse et viri ejus, vir et domus ejus, et Achis, et duæ uxores ejus, Achinoam Jezrahelitis, et Abigail uxor Nabal Carmeli. 4. Et nuntiatum est Sauli, quod fugisset David in Geth, et non addidit ultra querere eum. 5. Dixit autem David ad Achis: Si inveni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in una urbiem regionis hujus, ut habitem ibi: cur enim manet servus tuus in civitate regis tecum? 6. Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg: propter quam causam facta est Siceleg regum Juda, usque in diem hanc. 7. Fuit autem numerus dierum quibus habitavit David in regione Philistinorum quatuor mensium. 8. Et ascendit David et viri ejus, et agebant prædas de Gessuri, et de Gerzi, et de Amalecitis: hi enim pagi habitabantur in terra antiquius, euntibus Sur usque ad terram Aegypti. 9. Et percutiebat David omnem terram, nec relinquebat viventem virum et mulierem: tollensque oves, et boves, et asinos, et camelos, et vestes, revertebatur, et veniebat ad Achis. 10. Dicebat autem ei Achis: In quem irruisti hodie? Respondebat David: Contra meridiem Judæ, et contra meridiem Jerameel, et contra meridiem Ceni. 11. Virum et mulierem non vivificabat David, nec adducebat in Geth, dicens: Ne forte loquantur adversum nos: Hæc fecit David, et hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitavit in regione Philistinorum. 12. Crediti erga Achis David, dicens: Multa mala operatus est contra populum suum Israel; erit igitur mihi servus sempiternus.

1. ALIQUANDO INCIDAM UNA DIE IN MANUS SAUL. — Licet enim ipse a Deo per Samuelem unctus esset in regem, tamen id erat eo casu duntaxat, quo ipse superviveret regi Sauli. Aut putabat David se hæc unctio et promissione Dei posse excidere per peccata sua, ut permissu Dei in manus Saul incideret, regnoque et vita excideret, uti exciderat Saul. Ita Abulensis.

2. ET SURREXIT DAVID ET ABIIT IPSE, ET SEXCENTI VIRI CUM EO, AD ACHIS FILIUM MAOCH, REGEM GETH. — rursus erat una ex quinque urbiibus et satrapis Philistinorum. Hic est *Achis*, ad quem antea fugerat David, cap. XXI, ac accusationes Philisti-

notum metuens coram eo simulans se stultum liber evaserat. Jam vero idipsum non timuit, eo quod nunc ubique etiam in Philistæa constaret inveteratum et continuum odium Saulis in Davidem: quare a Davide licet jam cognito nihil sibi metuebat Achis, imo sperabat eo se duce fideli contra Saulem hostem suum usurum.

3. ET HABITAVIT DAVID CUM ACHIS IN GETH, IPSE ET VIRI EJUS; VIR ET DOMUS EJUS. — id est quisque cum sua uxore et familia. A *Geth*, dicti sunt *Gethæi* fidissimi et fortissimi milites Davidis, quia scilicet eum fugientem in Geth secuti erant, ibique cum eo habitabant, indeque prædati